Programm

des

Gymnasiums zu Dresden,

womit

zu dem Valedictions-Actus

am 10. April

ergebenst einladet

das Lehrer-Collegium.

1. Abhandlung vom Gymnasiallehrer R. Albani.
2. Schulnachrichten vom Rector Dr. J. L. Klee.

Dresden,

Druck von E. Blochmann & Sohn.

1854.

J. B. FRIEDREICHIO, Prof. Erlangensi,

S. D. P.

A. B. ALBANI, DRESDENSIS.

> Magni animi res fuit rerum naturae latebras dimovere nec contentum exteriori ejus conspectu introspicere et in deorum secreta descendere. Plurimum ad inveniendum contulit, qui speravit posse reperiri. Cum excusatione itaque veteres audiendi sunt. Nulla res consummata est, dum incipit.
>
> *Sen. Nat. quaestt. VI. 5.*

Postquam nuper mihi contigit, tam felici esse, ut de facie Te noscerem, quocum dudum per literas colloquutus eram, redeundum tandem ad epistolarum commercium, ne intermortuam suspiceris in animo meo gratissimam Tui memoriam. Quam quidem nunc demum a me recoli, ubi in eo est, ut ad scribendum me conferam, propterea non opinaberis, quod nemo Temet ipso melius cavit, ne unquam Tui obliviscerer. Hinc est sane, mihi crede, cur Tibi graturleris, quod non toties literas ad Te dedi, quoties suavissimam Tuam comitatem cum strenua severitate conjunctam, qualem pauculis illis, quas Erlangae Tecum transegi, sed iis laetissimis horis egregie mihi praestitisti, recordatus sum.

Quod autem nunc publice ac Latine scripsi, ipse non miraberis, si sermonem memineris, qui inter nos fiebat de historia naturali veterum cum aequalibus communicanda. Grande et grave opus, cui nemo nisi multorum studiis adjutus sese parem esse confidet! Hac ipsa de causa convenit inter nos, ut uterque quam plurimos cir-

cumspiceret consilii Tui exsecutores. Reputanti tamen mihi, quam facile fieri possit, ut, si vel satis multos socios praeter opinionem privatim Tibi adjunxerimus, paratissimos inscii et inviti omittamus, satius visum exoptatissima hac scribendi opportunitate oblata publice de consilio Tuo exponere. Sic duo parietes de eadem fidelia dealbavero et ad Te scribens simul omnibus scripsero, quorum interest haec legere. Neque vero idcirco mihi crimini dabis, quod perfidiose privatas Tuas res publicaverim. Primum enim, quod sciam, non modo non vetuisti me enunciare, quae disseruimus, sed diserte etiam petiisti, ut viros antiquitatis pariter ac rerum naturalium amantes et peritos, quam plurimos possem, ad adjuvandum Tuum opus invitarem. Deinde consentaneum est, quod propositum habes, non ita comparatum esse, ut sine ullo conscio intra unius duorumve parietes inchoari, componi et ad finem perduci possit. Missa igitur quavis dubitatione, quae deterrere me possit, libere et aperte dicam, quid ipse de conatu Tuo censeam, praesertim quum Latino, quo uti lubuit, sermone satis praecautum sit, ne in vulgus jam emanent et fabula fiant, quae parari vixdum coepta sunt.

Quod si recte intellexi, quid Tibi velis, tripartito cogitas opere, quidquid in reliquiis scriptorum Graecorum et Romanorum de rebus naturalibus invenitur, ita colligere, ut una parte de mineralibus, quae dicuntur, altera de plantis, tertia de animalibus agatur. Quin operae pretium gratissimumque facturus sis et antiquitatis aestimatoribus et naturae speculatoribus, quorum numerum nostra aetate mirum quantum crescere vidimus, nequaquam dubitabis, sive Tua ipsius studia spectas, prius in Sae Sae, nuper in Homeri rebus naturalibus explicandis egregie comprobata [1]),

---

[1]) Tuos dicimus libros, inscriptos illos: Naturhistorische, anthropologische und medizinische Fragmente zur Bibel. (Nürnb. 1848. I. II.)

sive pensitas, quae probe scis ab aliis adhuc conscripta esse ad illustrandam antiquitatis historiam naturalem. Vidimus e libro Tuo de Homero scripto, quam bene noris, quae praeter *Sprengelium* [2]), *Sibthorpium* [3]), *Fraasium* [4]), *Billerbeckium* [5]) aliosque *Millin de Grandmaison* [6]), *Miquel* [7]), *Groshans* [8]) de rerum natura, qualem Homerus informaverit, ante Te exposuerunt.

Sed agedum! Videamus etiam, quid hujusmodi exstet cum de universa antiquitate, tum de singulis ejus scriptoribus, qui quidem omnes minus lectitantur, quam Homerus, omnes autem in opere, quale Tu in animum induxisti, spectandi erunt, tum de certis quibusdam historiae

---

Die Realien in der Iliade und Odyssee. Cap. II. (Erlang. 1851.) Nec ignoro, quae inscripsisti: Analecten zur Natur- und Heilkunde. (4. Würzburg, 1831.) Porro huc pertinent, quae cum *Hesselbachio* scripsisti: Beiträge zur Natur- und Heilkunde. (I. Würzburg, 1825; II. Nürnberg, 1826.)

[2]) Geschichte der Botanik. Neu bearbeit. (Altenb. & Lps. 1817 s. I. II.)

[3]) Prodromus florae Graecae. Ed. Smith. (Lond. 1806—17. 8. I—IV.) Flora Graeca. Ed. Smith et Lindley. (Lond. 1806—40. Fol. I—X.)

[4]) Synopsis plantarum florae classicae s. Uebersichtliche Darstellung der in den classischen Schriften der Griechen und Römer vorkommenden Pflanzen, nach autoptischer Untersuchung im Florengebiete entworfen und nach Synonymen geordnet. (Münch. 1845.)

[5]) Flora classica. (Lps. 1824.) De ea *Dierbachius* in Repertorio botanico (1831. p. 232.) haec scripsit: Wäre Herr B. eben so erfahren in der Pflanzenkunde, als in den älteren Sprachen, so würde seine Schrift sehr brauchbar geworden sein.

[6]) Mineralogie des Homer. (Aus d. Franz. mit Anmerkungen übersetzt von F. Thd. Rink. Königsb. 1793.)
Dissertations sur le Thos. (Extr. du Journal de physique, Décbr. 1787. Paris. 10 p. 4.)

[7]) Homerische Flora. (A. d. Holländ. übers. v. Laurent. Altona. 1836.)

[8]) Prodromus faunae Homeri et Hesiodi. (Lugd. Bat. Fasc. I. 1839, II. 1843.)

naturalis veterum partibus. Ac ne levius asseverasse videar pro multitudine scriptorum proque larga, quam si non omnes at plurimi continent, materie permultum Tibi relictum esse laboris, neve sine munere per hanc meam epistolam Te adiisse arguar, ipse apparatum suggessi. Quem quidem ut perfectum omnibusque numeris absolutum habeam, tantum abest, ut ultro profitear non pauca vel consulto vel imprudenter omissa esse. Quantum enim per temporum angustias et curtam bibliothecae supellectilem fieri potuit, id tantum egi, ut uno in conspectu quam commodissime videas, quae potissimum memoranda esse duco. Missis igitur *Sprengelio, Sibthorpio,* Florarumque auctoribus, quorum supra est mentio facta, principem locum ea teneant, quae de universa veterum historia naturali enumerare habui:

Beckmann, J., De historia naturali veterum libellus. I. Petropoli et Gotting. 1766.

Gruner, G. S., Die Naturgeschichte Helvetiens in der alten Welt. Bern. 1775.

Heyne, C. G., Historiae naturalis fragmenta ex ostentis, prodigiis et monstris. Fol. Gott. 1784 s. I. II.

Schneider, J. G., Eclogae physicae, historiam et interpretationem corporum et rerum naturalium continentes ex scriptoribus, praecipue Graecis, excerptae. Jen. 1801.

Schneider, J. G., Anmerkungen und Erläuterungen über die Eclog. phys. — Enth. Verbesserungen und Erklärungen des Griech. Textes etc. Jen. 1801.

Besecke, J. M. G., Versuch einer Geschichte der Naturgeschichte. I. Allgem. Gesch. der Naturgesch. in dem Zeitraum von Erschaffung der Welt bis auf das J. n. Chr. G. 1798. Mitau. 1802.

Blumenbach, J. F., Specimen historiae naturalis antiquae artis operibus illustratae eaque vicissim illustrantis. Cum tabb. aen. II. 4. Gotting. 1809.

Blumenbach, J. F., Specimen historiae naturalis ex auctoribus classicis praesertim poetis illustratae eosq. vicissim illustrantis. Cum tab. I. 4. Gott. 1816.

Cuvier, G., Cours de l'histoire des sciences naturelles, professé au collége de France, rédigé par Magdeleine de Saint-Agy. 3 Pts. Paris. 1830—32.

Link, H. F., Die Urwelt und das Alterthum, erläutert durch die Naturkunde. I. II. Berlin. 1834.

Whewell, W., Geschichte der inductiven Wissenschaften, der Astronomie, Physik, Mechanik, Chemie, Geologie etc. von der frühesten bis zu unserer Zeit. Nach d. Engl. mit Anm. v. J. J. v. Littrow. 3 Thle. Stuttg. 1840 f.

Brotz, J., Einleitung in die Geschichte der Naturwissenschaft. Heidelb. 1842.

Link, H. F., Das Alterthum und der Uebergang zur neuen Zeit. Eine Fortsetzung des Buches über die Urwelt und das Alterthum. Berlin. 1842.

Schweigger, J. S. C., Ueber naturwissenschaftliche Mysterien in ihrem Verhältnisse zur Literatur des Alterthums. Denkschrift zur Säcularfeier der Univ. Erlangen etc. 4. Halle. 1843.

Cuvier, G., Histoire des sciences naturelles depuis leur origine jusqu'à nos jours, chez tous les peuples connus, comprenant la philosophie de l'histoire naturelle et un examen approfondi de la philosophie de la nature en Allemagne et en France, professée au collége de France, rédigée et complétée par M. T. Magdeleine de Saint-Agy. 5 Vol. Paris. 1841—45.

Jam subsequantur, quae ad singulos pertinent scriptores:

Stark, C. G., Analecta medica ex veterum scriptoribus non medicis. Part. I., qua casus apud Hdt. (IX, 83.) tractatur. Jenae, 1828. 10p. 4. — Continuatio I. 20p. 4., II. 12p. 4., III. 18p. 4. De dentium concretione speciatim agens. — IV. 18p. 4. et V. 12 p. 4. De commissurarum capitis coalitione speciatim agentes.

Hermann, J., Ἀλώπηξ Aristotelis inter animalia volantia esse sciurum petauristam. Progr. Fol. Argentor. 1782.

Billerbeck, H. J. L., Progr. de avibus ab Aristotele et Plinio commemoratis. 4. Hildesh. 1806.

Billerbeck, H. J. L., De strigibus ab Aristotele, Plinio ceteroque scriptorum veterum grege commemoratis. 4. Hildesh. 1809.

Eichwald, C. E., De selachis Aristotelis. Zoologiae geographicae spec. inaug. Vilnae. 1819. 75 p.

Köhler, H. J. de, Aristot. de moluscis cephalopodibus. Rigae. 1820.

Henschel, A. G. E. Th., Comment. de Aristotele botanico philosopho. 4. Vratisl. 1824.

Wiegmann, A. F. A., Observationes zoologicae criticae in Aristotelis historiam animalium. 4. Berol. 1826.

Zell, C., Aristotelis de longitudine et brevitate vitae libellus, Latine versus et notis illustratus. — Tab. de animalium vita comparativam addidit A. Schultz. 4. Frib. 1826.

Gloger, C. L., Diss. sistens disquisitionum de avibus ab Aristot. commemoratis spec. I. Vratisl. 1830. VIII et 56 p.

Philippson, L. M., Ὕλη ἀνθρωπίνη.

I. De internarum humani corporis partium cognitione Aristotelis cum Platonis sententiis comparata.

II. Philosophorum veterum usque ad Theophrastum doctrina de sensu. *Theophrasti* de sensu et sensilibus fragmentum historico-philosophicum. Cum textu denuo recognito prima conversio Latina et commentaria. *Aristotelis* doctrina de sensibus. Theophrasti fragmenta de sensu, phantasia et intellectu e Prisciani metaphrasi primum excerpta. Berol. 1831.

Wimmer, F., Phytologiae Aristotelicae fragmenta. P. I. Vratisl. 1838.

Meyer, E. H. F., Nicolai Damasceni de plantis libri duo, Aristoteli vulgo adscripti. Ex Isaaci ben Honain versione Arabica Latine vertit Alfredus. Ad codd. mss. fidem addito apparatu crit. recensuit. Lps. 1841.

Müller, J., Ueber den glatten Hai des Aristoteles und über die Verschiedenheiten unter den Haifischen und Rochen in der Entwickelung des Eies. Gelesen in d. K. Acad. der Wissensch. zu Berlin. Mit 6 Kupfertaff. Fol. Berl. 1842.

Spengel, L., De Aristotelis libro decimo historiae animalium et incerto auctore libri περὶ κόσμου. Progr. 4. Heidelb. 1842.

Prantl, C., De Aristotelis librorum ad historiam animalium pertinentium ordine atque dispositione. Monach. 1843.

Engelbrecht, Ueber die wichtigsten Lebensumstände des Aristoteles und sein Verhältniss zu Alexander d. G., bes. in Bez. auf seine Naturstudien. 13 S. 4. Eisleben. 1845.

Kratzenstein, C. G., Nonnulla de Theophrasti historia plantarum bene merendi subsidia. 4. Hafn. 1772.

Moldenhauer, J. J. P., Tentamen in hist. plant. Theophrasti. Hamb. 1791.

Schwarze, C. A., De Theophr. Liparaeo lapide. Gorlitii. Comment. I. fol. 1801, II. 4. 1802, III. 4. 1803.

Schwarze, C. A., De loco omnium, qui de Asbesto agunt, antiquissimo, commentationum Theophrastearum quarta. 4. 1804.

Schwarze, C. A., De lapide Lydio veterum et recentiorum sect. I., II., commentat. Theophr. V. et VI. 4. 1805 s.

Wimmer, F., Lectiones Theophrasteae. Vratisl. 4. I. 15 p. 1844., II. 13 p. 1851.

Bethe, J. C. J., Comment. de Hispania antiqua et metallica ad locum Strabonis. 4. Gotting. 1809.

Sternberg, Casp. Comes a, Catalogus plantarum ad septem varias editiones Commentariorum Matthioli in Dioscoridem. IV et 30 p. fol. Pragae. 1821.

Kühn, C. G., De via ac ratione, qua Aelianus sophista in historia animalium conscribenda usus est. 4. Lps. 1777.

Herrmann, J., Progr. ad Aeliani H. A. XVI. 6. de voce φαττάγης (quod secundum Linneum Manis, a Germanis autem dicitur Schuppenthier). 4. Argent. 1782.

Schneider, J. G., Ad reliqua librorum Friderici et Alberti Magni capita commentarii etc. Cum auctoria emend. atque annotat. ad Aeliani de natura animal. libros. Cum fig. 2 Tom. Lps. 1788 s.

Jacobs, F., Animadversiones in Aeliani hist. animal. et Philostrat. vitam Apollonii. Jenae. 1804.

Passow, F., Aelianea. Prooem. ind. lect. 4. Vratisl. 1819.

Valatour, A., Choix méthodique de l'histoire naturelle des animaux d'*Elien*. 12. Paris. 1834.

Retz, A. J., Flora Virgiliana. Lund. 1809.

Fée, A. L. A., Flore de Virgile ou nomenclature méthodique et critique des plantes, fruits et produits végétales mentionnées dans les ouvrages du prince des poëtes latins. Paris. 1822.

Flore et Faune de Virgile ou histoire naturelle des plantes et des animaux (reptiles, insectes) les plus intéressans à connaître, et dont ce poète a fait mention. Avec 4 pl. Paris. 1824.

Tenore, Osservazioni sulla Flora Virgiliana. Napoli. 1826.

[illegible]

[illegible] commentatio [illegible] 1828.

[illegible] 1545.

[illegible] 17[illegible].

[illegible] 1506.

[illegible] quae [illegible] regat. intercedit [illegible]

[illegible] und Salate der Alten in gesunden und kranken Tagen [illegible] Blattgemüse und Salate. Rastatt. [illegible]

Gimma, Hyac., Dissertationum academicarum tomi duo, qui quatuor exhibent dissertationes, nempe

I. De hominibus fabulosis.

II. De fabulosis animalibus.

III. De brutorum anima et vita.

IV. Miscellanea de hominibus et animalibus fabulosis. 2 Voll. 4. Napoli 1714.

Richter, J. C. G., Ueber die fabelhaften Thiere. Ein Versuch. Goth. 1797.

Freytag, F. G., Rhinoceros e veterum scriptorum monimentis descriptus. Cum fig. aer. inc. Lps. 1747. 38 p.

Lichtenstein, M. H. K., Ueber die Antilopen des nördl. Africa, bes. in Bez. auf die Kenntniss, welche die Alten davon gehabt haben. (Aus den Abhandlungen der Berl. Acad. 1824.) Mit 5 lithogr. Taf. 4. Berl. 1824.

Ehrenberg, C. G., Ueber den Cynocephalus und den Sphinx der Aegyptier und über das Wechselverhältniss des Affen u. Menschen. Mit 4 Taff. 4. Berl. 1834.

Meunier, V., Histoire philosophique des progrès de la zoologie générale depuis l'antiquité jusqu'à nos jours. Tom. I. 1. Paris. 1839.

Schneider, J. G., Ichthyologiae veterum specimina, ad virum clarissimum M. E. Blochium. 4. Francof. ad V. 1782.

Langguth, G. A., Diss. de torpedine veterum, genere Raja. 4. Wittenb. 1777.

Olfers, J. F. M. v., Die Gattung Torpedo, in ihren naturhistor. u. antiquar. Beziehungen erläutert. Mit 2 illum. u. 1 schwarz. Kupfert. 4. Berl. 1831.

Veltheim, A. F. Graf v., Von den goldgrabenden Ameisen und Greiffen der Alten, eine Vermuthung. Helmst. 1799.

Kriegel, A., Diss. de spongiarum apud veteres usu. 4. Lps. 1734.

Canals y Marte, Don Juan Pablo, Memorias sobre la Purpura de los antiguos restaurada en España. Con tav. 4. Madrid. 1779.

Rosa, M., Delle porpore e delle materie vestiarie presso gli antichi. Modena. 1786.

Heusinger, J. C. F., Observationes de purpura antiquorum. 4. Isenaci. 1826. [9]

---

[9]) E Petri *Camperi* operibus, quem J. G. *Schneiderus* Saxo

Haec sufficiant, ut appareat certe id non conquerendum esse, quod ab aliis jam praeoccupatum sit Tuum consilium. Quamvis multi enim librorum auctores enumeratis addi possint, quos fere omnes maxima laude tanto digniores esse judicaveris, quanto minus munitam inierunt viam, paucos tamen invenies, qui simile consilium ceperint, neminem, qui exsequutus sit.

At erunt fortasse, qui improbent ideoque conatibus Tuis diffidant, antequam norint, quid agatur. Etenim non multum Te fallet, quid dicturi sint, qui aut omnium aut antiquarum literarum aut naturae studio despecto et contempto res ad illud pertinentes non aurificis statera, ut fas est, sed populari, ne dicam vulgari, trutina examinare consuerunt easque non vera utilitate, sed numis ac prae-

---

maximi fecit, cujusque decem dissertationibus ab illustrissimis Europae academiis palma adjudicata fuit, hoc certe loco addatur: Du Rhinocéros à deux cornes, précédé d'un *discours sur les agréments que présente l'histoire naturelle, et sur ses rapports avec l'étude des belles lettres et de l'antiquité.* — Diligentissime ad scriptores veteres attendit animum G. H. de *Schubert* cum in omnibus fere ipsius operibus, tum in eo, quod inscripsit: Die Geschichte der Natur. Erlang. 1835—37. — Ceterum in ephemeridibus physicorum, maxime in *Okenii* Iside, multa egregie de historia naturali veterum exponuntur, quae hic referre longum est. De herbaria praeter commemoratum *Dierbachii* Repertorium (Lemgo. 1831. p. 232 ss.) conferatur Caspari *Bauhini* Πίναξ theatri botanici s. Index in Theophrasti, Dioscoridis, Plinii et botanicorum, qui à seculo (*sic!*) scripserunt, opera, plantarum circiter sex millium ab ipsis exhibitarum nomina cum earundem Synonymis et differentiis methodice secundum genera et species proponens. Opus XL. annorum summopere expetitum ad Autoris autographum recensitum. 4. Basileae. MDCLXXI. — De iis, quae aequales ad illustrandam botanicam veterum fecerint, *Dierbachius*, cui fidem vix negaveris (l. l. p. 232.), haec dixit: Nur einzelne und sehr zerstreute Beiträge sind es, welche die jüngste Zeit zu diesem interessantesten und lehrreichsten aller Zweige der Pflanzenkunde geliefert hat. — Novissimus est G. A. *Pritzelii* Thesaurus literaturae botanicae omnium gentium inde a rerum botanicarum initiis ad nostra usque tempora, quindecim millia operum recensens. 4. Lips. 1852.

mio metiuntur. Audio Te dicentem: quid horum judicium ad me measque res? Non curo. — At erunt inter philologos, qui dicant: quid physica ad me? Vicissim inter physicos, qui oblectati sempiterno vigore naturae usque reviviscentis haud sine delicato quodam fastidio antiquitatem horreant ac respuant. Neque hos curabis, quippe qui more vulgi ex veritate pauca, ex opinione multa aestimantis a naturae judiciis ita abhorreant, ut aut rerum aut disciplinae suae originem ignorari malint, quâm necessitudinem agnosci, qua omnia humanitatis studia *divinitus* inter se conjuncta sunt. Ut philologi, qui dudum desierunt inscitiam quandam rerum naturalium jactare atque ostentare, in dies minus satis habent in verbis veterum haerere, ita physicos splendidissima *Blumenbachii, Cuvierii, Lichtensteinii, Linkii, Humboldti* [10]), aliorum exempla intuentes in dies minus pigebit, haereditatem a Graecis et Romanis relictam adire.

Securus igitur et bono animo aggredere historiam naturalem veterum: quod neutris unquam solis ac dissociatis succedere potest, amice juncti prosperrimo perficient successu, quum nihil tam difficile sit, quin facile fiat ac pergratum unitis fidelium sociorum viribus. Hos Tibi quam primum undique convoca atque concilia, ut largam ex suis quisque scriptoribus materiem congerant, quam scite pertractatam vel ephemeridibus paulatim vel unico libro sive in literam digesto sive ex arte composito in medium proferre possis. Dubitari non potest, quin adversarii, si qui exsistant, omnes pedetentim Tibi cedant et obmutescant, quum lecta adjutorum manu Te stipatum viderint. Unum et eum maxime idoneum jam nunc nominare gestio: *Hoffmannus* enim, Norimbergensis, amabilissimus Aristotelis

---

[10]) Testimonio est *Kosmos.*

amator, qua est facilitate, non abnuit Tua castra sequi. Subministrabit Tibi, si voles, quae Stagirites, princeps physicorum Graecorum, de rebus naturalibus docuit. Quanti hoc officium faciendum sit, taceo: sed aliud tacere non possum. Fac enim Te programmate emisso, ut reti, vel quomodocunque lubet, captaturum esse totidem Hoffmannos, quot scriptores antiquitatis perscrutandi erunt: num in pavido libellionum grege unum invenies, qui suo periculo Tuum Tuorumque librum edendum curet? Memento, quae *Silligius*, collega conjunctissimus, de Plini sui Secundi sorte narravit [11]). Hinc multo melius, opinor, consilio Tuo prospectum erit, si et philologorum et physicorum proximis conventibus, quorum alter exeunte mense Septembri h. a. Altenburgi, alter eodem fere tempore in urbe nescio qua habebitur, rem, de qua agitur, brevi et distincto programmate proposueris praesensque ipse, quantum in Te est, publice ac privatim commendaveris. Nec deerit Tibi Regia Academia literarum Monacensis, quam optime de Plinio emendando et edendo meruisse constat.

Ego vero, si parva magnis componere licet, ne inanes otiosi spectatoris partes acturus esse videar, praeconium suscepi. Quo officio ut rite fungar, non satis erit, dixisse, quid velis et quomodo velis, sed paucis etiam exponendum erit de scriptoribus, e quibus historia naturalis veterum haurienda est. Qua in re commodissimum erit usitatam divisionem tenere et deinceps persequi, quae de lapidibus aliisque rebus hujus generis, de herbis et animalibus separatim scripta sunt, omissis iis, quae aetatem non tulerunt, quum aliorsum pertineant.

Ordiendum autem non, ut velim, ab ipso omnium, quos antiquitas tulit, physicorum magistro ac principe,

---

[11]) In praefatione editionis novissimae. P. LXXXI ss.

sed ab ejus discipulo, Theophrasto, quem Seneca non, ut *Graecis visum est, divini, tamen et dulcis eloquii virum* esse ait *et nitidi sine labore* [12]). Hujus libellum *de lapidibus*, quem diu neglectum post A. *Turnebum*, D. *Furlanum*, D. *Heinsium*, J. de *Laet*, J. *Hillius* [13]), C. *Schmiederus* [14]), J. G. *Schneiderus* [15]) interpretatione dignum habuerunt, hodie quoque ab oblivionis injuria [16]) asserere neutiquam erit inutile. Integrum nobis servatum esse nemo quidem dixerit: interna potius et externa signa confirmare videntur, quae *Strabo* [17]), *Plutarchus* [18]), *Suidas* [19]) de communi sorte librorum Aristotelis atque Theophrasti tradiderunt. Pleniorem enim, ut leviter rem tetigerim, Theophrasti olim librum de lapidibus fuisse non solum verba sectionis II. *ὡς ἀνωτέρω εἴρηται* docent, sed Athenaeus etiam testatur III. 45. Quo loco post verba *Θεόφρ. μὲν ἐν τῷ περὶ λίθων γράφει οὕτως·* affert, quae in exemplis nostris nunc legimus: *τῶν θαυμαζομένων δὲ λίθων ἐστὶ καὶ ὁ μαργαρίτης καλούμενος, διαφανὴς μὲν τῇ φύσει· ποιοῦσι δ᾽ ἐξ αὐτοῦ τοὺς πολυτελεῖς ὅρμους. Γίνεται δὲ ἐν ὀστρέῳ*

---

[12]) Nat. quaestt. VI. 13. — *Diog.* Laert. V. 38.: *Τοῦτον, Τύρταμον λεγόμενον, Θεόφραστον διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον Ἀριστοτέλης μετωνόμασεν.* *Cic.* Or. 19.: Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit. Cf. *Strab.* XIII. 2.

[13]) Vid.: *Baumgärtner*, A. H., Theophrastus von den Steinen aus dem Griech. Nebst Hills physicalischen und crit. Anmerkungen, und einigen in die Naturgesch. u. Chymie einschlagenden Briefen, aus dem Engl. übersetzt. Mit Anmerkungen, u. einer Abhandlung von der Kunst der Alten in Steine zu schneiden, verm. Nürnb. 1770.

[14]) Theophr. Abhdl. v. d. Steinarten, übers. u. mit Anm. begleitet. Freyberg. 1807.

[15]) In editione Theophrasti opera omnia (V tomis) complectente. (Lps. a. 1819—21.)

[16]) Neque a *Whewellio*, neque ab ejus interprete, *Littrovio*, monitum est exstare hunc libellum.

[17]) XIII. 1. p. 608. [18]) Sulla 26. [19]) S. v. *Σύλλας*.

τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις haec addens, quae codd. Theophrastei non habent: *πλὴν ἐλάττονι· μέγεθος δέ, ἡλίκος ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης.* Sed quantulacunque pars totius operis permultis haud dubie locis vitiata superest, ipse videris, num indigna sit, quam accuratius cognoscamus. Haec fere continet [20]:

§. 1. Omnium rerum, quae in terra existunt, principium est aut aqua, aut terra. Ex aqua gignuntur metalla (*τὰ μεταλλευόμενα*), ut argentum, aurum, alia; e terra lapis et quaecunque genera lapidum exquisitiora, et si quae ipsius quoque terrae sunt peculiares naturae (*φύσεις*) vel coloribus vel laevitatibus vel densitatibus vel alia quapiam facultate (*δυνάμει*) insignes. *De metallis autem alibi* (*ἐν ἄλλοις*) *disputatum est* [21]: de his igitur ser-
2. mo erit. Omnia e pura quadam et aequabili conflari materia censendum est sive confluendo sive percolando sive excernendo. Alia enim alio modo generantur, unde et laevitatem, densitatem, nitorem, pelluciditatem et quae sunt id genus alia habent, eoque magis, quo quidque horum aequabilius et purius est [22]. Nam omnino prout cujusque concretio aut coagulatio magis minusve accurate facta est, ita omnia consequuntur, quae hinc
3. pendent. Concretio autem et coagulatio quorundam fit calore, aliorum frigore: nihil enim fortasse impedit, quominus nonnulla lapidum genera alterius utrius vi concrescant: nam ea quidem, quae e terra sunt, igne

[20]) Ubi sensus postulabat, ad verbum expressa, ubi brevitas, summatim perscripta dedi.

[21]) *Diog.* V. 44.: *Περὶ μετάλλων, α', β'.* Cf. *Olympiod.* ad Aristot. Meteor.III., *Pollux* VII. 99. X. 149., *Harpocr.* s. *κεγχρεών*, *Hesych.* s. *προσφανῆ, σκαρφῶν, σύζωσμα*, *Suidas* s. *Θεόφραστος.*

[22]) *Plat.* Tim. p. 60.: *ξυνωσθεῖσα δὲ ὑπὸ ἀέρος ἀλύτως ὕδατι γῆ ξυνίσταται πέτρα· καλλίων μὲν ἡ τῶν ἴσων καὶ ὁμαλῶν διαφανὴς μερῶν· αἰσχίων δὲ ἡ ἐναντία.*

videntur omnia concrescere, quandoquidem cujusque concretio et liquefactio viribus contrariis fit. Ceterum natura lapidum plura habet peculiaria. Nam in terra coloris, lentoris, laevitatis, densitatis et similium pleraeque differentiae spectantur: alia discrimina rara sunt.
4. In lapidibus vero et hae differentiae notantur, et praeterea habent facultatem agendi aut patiendi aut non patiendi. Alii enim liquefieri possunt, alii non possunt: alii comburi, alii non; aliis alia conveniunt. Quin in ipsa combustione (καύσει) et πυρώσει plures differentias ostendunt. Alii dicuntur concolorem sibi aquam reddere posse, ut *smaragdus* (cf. §. 8. 23 s.); alii in lapidem durare, quae in ipsis ponuntur; alii tractu quodam allicere, alii aurum et argentum explorare, ut
5. qui vocatur lapis *Heraclius* et *Lydius*. Maxime mirabilis sed ab ipso auctore in dubium vocata vis est *τῶν τικτόντων* [23], notior tractabilium, qui aut scalpuntur aut torno poliuntur aut serra secantur: quidam ferro omnino non scinduntur, quidam vix. Plures etiam sunt
6. ejusdem generis differentiae. Et quae e colore, duritia, mollitudine, laevitate et similibus consequuntur, pluribus insunt: atque quibusdam toto loci tractu, ut in celebratis lapicidinis Pariis, Pentelicis, Chiis et Thebaicis. Commemorantur deinceps *alabastrites* (cf. §. 65.) Thebarum Aegypti, *chernites* ebori similis [24],
7. *porus* Pario concolor, alius lapis niger, item Aegyptiacus, Chio similis. Qui autem viribus differunt lapides,
8. magnam partem et rarissimi sunt et minuti, ut *smaragdus, sardium, carbunculus, sapphirus* ac ferme omnes,

---

[23]) Cf. *Plin.* H. N. XXXVI. c. 18. s. 29. cl. c. 21. s. 39.

[24]) *Plin.* H. N. XXXVI. c. 17. s. 28.: — *chernites* ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt, Parioque similis candore et duritia, minus tantum ponderosus, qui *porus* vocatur.

qui in annulorum sigilla scalpuntur. Nonnulli et in aliis diffissis reperiuntur. Qui autem uruntur et deflagrant (*οἱ περὶ τὴν πύρωσιν καὶ καῦσιν*), pauci sunt.
9. Quidam eorum igne colliquefacti fluunt, ut qui e metallis eruuntur (*οἱ μεταλλευτοί*). Conflatur enim et fluit cum aere, argento, ferro suus lapis, sive ob humorem eorum, quae complectitur, sive suopte ingenio. Item *pyromachi* et *molares* fluunt et conflantur cum iis, quibus imponunt urentes [25]). Alii vero omnes praeter *marmor* liquescere censent, hoc autem
10. comburi et *calcem* (cf. §. 68.) inde fieri. Verum hoc ultra modum affirmari plane videtur, cum multi igne frangantur et dissiliant, veluti repugnantes igni, ut tegula et testa (*ὁ κέραμος*): nec istud abs re, cum humore destituti sint. Nam liquabilia humida sint
11. oportet omnia et copiosiore humore praedita. Feruntur etiam lapides esse, qui soli expositi partim exarescunt prorsus ut nihil utiles sint, nisi irrigati et humefacti (*συνικμασθέντες*): partim mollescunt fragilioresque redduntur. Manifestum autem est a sole humorem utrisque auferri, sed densos siccitate durari: raros (*μανούς*) autem, et quorum concretio
12. hujusmodi est, fragiles et liquabiles reddi. Nonnulli etiam fragilium urendo in carbonem abeunt diutiusque permanent, ut Binis in metallo, quos amnis defert. Deflagrant enim carbonibus impositis, donec

---

25) *Aristotel.* Meteorol. IV. 6.: *Τήκεται δὲ καὶ ὁ λίθος ὁ πυρίμαχος, ὥστε στάζειν καὶ ῥεῖν· τὸ δὲ (πηγνύμενον, ὅταν ῥυῇ,) ῥέον, ὅταν παγῇ, πάλιν γίγνεται σκληρόν. Καὶ αἱ μύλαι τήκονται, ὥστε ῥεῖν· τὸ δὲ ῥέον πηγνύμενον τὸ μὲν χρῶμα μέλαν· ὅμοιον δὲ γίγνεται τῇ τιτάνῳ. — — Ὅσα δὲ ὑπὸ θερμοῦ ξηροῦ πήγνυται, τὰ μὲν ἄλυτα, τὰ δὲ λύεται ὑγρῷ. Κέραμος μὲν οὖν καὶ λίθων ἐνίων γένη, ὅσοι ὑπὸ πυρὸς τῆς γῆς συγκαυθείσης γίγνονται, οἷον οἱ μυλίαι, ἄλυτοι· νίτρον δὲ καὶ ἅλες λυτὰ ὑγρῷ, οὐ παντὶ δέ, ἀλλὰ ψυχρῷ.*

afflantur: deinde emoriuntur ac rursus accenduntur. Unde eorum diuturnus usus, sed odor teter et gravis [26]).
13. Comparantur *spinus* [27]), *Lipareus* [28]), *pumex Meli-*
15. *nus* [29]), lapis in Tetrade Siciliae natus, aliusque in
16. promontorio Erineade frequens. Ceterum quos vulgo carbones [30]) appellant e genere eorum, qui propter usum fodiuntur, terrei (γεώδεις) sunt accenduntur que igni, ut carbones. Proveniunt in Liguria, ubi et *succinum* (cf. §. 29.), et in Elide, qua per montem ad Olympiam iter est, iisque fabri ferrarii utuntur [31]).

---

[26]) Aristot. de mirabil. ausc. c. 125. ed. Beckm.: *Λέγεται δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν Σινθῶν καὶ Μαιδῶν χώραν καλουμένην τῆς Θρᾴκης ποταμόν τινα Πόντον προςονομαζόμενον, ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους, οἳ καίονται καὶ τοὐναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἄνθραξι. Ῥιπιζόμενοι γὰρ σβέννυνται ταχέως· ὕδασι δὲ ῥαινόμενοι ἀναλάμπουσι καὶ ἀνάπτουσι κάλλιον· παραπλησίαν δὲ ἀσφάλτῳ, ὅταν καίωνται, καὶ πονηρὰν ὀσμὴν οὕτω καὶ δριμεῖαν ἔχουσιν, ὥςτε μηδὲν τῶν ἑρπετῶν ὑπομένειν ἐν τῷ τόπῳ καιομένων αὐτῶν.* Cf. Antig. Caryst. Histor. mirab. c. 151. 186. Galen. de simpl. med. IX. 2. Dioscor. V. 147. Plin. XXXIII. c. 5. s. 30. Ael. N. A. IX. 20.

[27]) Aristot. de mirab. ausc. c. 41. ed. Beckm.: *Φασὶ δὲ τὸν ἐν τῇ Θρᾴκῃ λίθον τὸν καλούμενον σπῖνον διακοπέντα καίεσθαι καὶ συντεθέντα πρὸς ἑαυτόν, ὥςπερ τὴν σμαρίλην, οὕτω κἀκεῖνον εἰς ἑαυτὸν τεθέντα καὶ ἐπιῤῥαινόμενον ὕδατι καίεσθαι· τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖν καὶ τὸν μαριθάν.* Cf. c. 194.

[28]) Vid. *Schwarzii* commentationem Theophrasteam I. in p. 7. memoratam.

[29]) Cf. §. 21. 62. — *Fiedlerus* (Reise durch alle Theile des Königreiches Griechenl. Lpz. 1840 f. 2 Th.) de Melo scripsit p. 381. tomi II.: An Mineralproducten ist Milo reich, obgleich sie alle von geringem Preise sind. Es findet sich hier, zum Theil in bedeutender Menge: Schwefel, Kochsalz, Eisenvitriol, Alaun, Gyps, Mühlsteine, Bimsstein als leichter Baustein, Obsidian, Schwefelkies, Schwarz-Manganerz, Porzellanerde, Porzellanthon, Thon als Walkererde u. s. w.

[30]) *Εὐθὺς ἄνθρακας* eos dici rectissime Schneiderus docuisse videtur, quamquam exempla, quae ex Hist. plant. III. 8. 2. et IX. 13. 12. attulit, eo differunt, quod vocabula ἥμερος et γλυκεῖα cum voce εὐθύς conjuncta non item substantiva sunt. Cf. tamen *Wuestem.* ad Theocr. IX. 34.

[31]) Errat igitur *Fiedlerus* dicens (p. 488. t. I.): Dass die

17. Inventus autem aliquando in Scaptesylae fodinis lapis
specie ligno putri similis, qui oleo perfusus exarde-
scebat; consumto oleo incendium cessabat, et ipse
18. velut intactus manebat. Aliud genus est lapidum pro
natura sua plane dispari resistentium igni, ut *carbun-*
19. *culus* (cf. §. 30.), *Milesius* angulosus, cui insunt et
sexangula, *adamas*. Cur hi cum pumice aut cinere non
comparandi sint. Mentione pumicis facta, qui e spuma
20. maris nasci videtur, *diabaris* (Arabici), *Nisyraei* velut
22. ex arena concreti, nigri e Siculo spiraculo ejecti, albi
23. cujusdam ac levis transitur ad eos lapides, e quibus
sigilla scalpunt: *sardium* (cf. §. 30.), *iaspin* (cf. §.
24. 35.), *sapphirum* (cf. §. 37.), *smaragdum, pseudo-*
26. *smaragdum, chrysocollam* (cf. §. 51.), *lyncurium* [32])
29. (cf. §. 31), *succinum, lapidem ferri tenacem, hya-*
loiden, carbunculum, omphacem, crystallum, amethy-
31. *stum* (cf. §. 31.), *sardium, cyanum* (cf. §. 39. 51.),
33. *onychium, achaten.* Quae gemmae in Graecia nascun-
tur, viliores sunt, ut *anthracium* Orchomenium Arca-
34. diae, Troezenium, Corinthium: plurimae aliunde affe-
36. runtur. Est et in pretio lapillus, cui *margaritae* nomen.
Praeter has gemmas raras et pretiosas memorantur
37. *ebur fossile, sapphirus, prasitis, haematites, xanthus,*
38. *coralium, lapidescens arundo Indica.* Jam agitur de
lapidibus e terra effossis, qui aurum argentumque
continent, de cyano chrysocollam continente, de alio
40. lapide carbonibus simili, de ochra et minio (cf. §. 51.),

---

Alten weder Schwarz- noch Braunkohlen benutzten, ist bekannt. Antig. Caryst. 186. ed. Beckm. *ἄνθρακας* in Thesprotia *ὀρυττομένους* vocat *δυνάμεις* (i. e. *δυναμένους*) *κάεσθαι.*

[32]) Cf. initium fragmenti Theophrastei *περὶ τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν*, ***Beckm.*** ad Aristot. mirab. ausc. c. 78., ejusdem Beyträge zur Gesch. der Erfindungen. I. p. 243., ***Jacobs.*** ad Ael. N. A. IV. 17., ***Panw.*** ad Philen p. 214s.

chrysocolla et cyano [33]), sandaraca et (ἀῤῥενικῷ)
41. arsenico (cf. §. 50 s.), de magnete, Siphnio [34]), cote,
45. lapide Armenio, coticula, de simili lapide, e quo
48. simulacra fiunt. Pergitur ad terras ac primum quidem
49. ad eas, quibus lateres vitrumque conficiuntur, et ad
eam, quae aeri miscetur: porro ad terram Ciliciam,
qua cocta lentescenteque pro visco utuntur ad vites
50. a convolvulis defendendas. Aliae sunt aliis terris facultates. Facilius autem et melius esse videtur coloribus
distinctas enumerare, quibus pictores utuntur, vel ex
aliquo confluxu vel e percolatione ortas. Sandaraca,
arsenicum et similia deflagratione et ustione orta videntur: omnia e sicca fumidaque exhalatione prove-
51. niunt. Reperiuntur in metallis aurariis argentariisque,
quaedam et in aerariis, ut arsenicum, sandaraca, chry-
52. socolla, minium, ochra, cyanus. Fodinae minii et ochrae
sunt in Cappadocia; praestantissimum minium videtur
Ceum esse [35]): praeterea Lemnium exstat et quod

---

[33]) Vid. *Beckm.* ad Aristot. mirab. ausc. p. **123** s.

[34]) *Fiedlerus* l. l. II. p. 126. cl. Plin. H. N. XXXVI. [c. 22. s.] 44. haec scripsit: Diess war also Topfstein (Talc ollaire), von welchem sich allerdings in dem auf der Insel herrschenden Glimmerschiefer Lager finden können und zwar wohl in den hohen, steilen Gebirgen des westlichen Theiles der Insel. — — Keiner der Eingebornen kannte auf der Insel einen Stein, der so weich sei, dass man ihn mit dem Messer schneiden könne. Der Platz ist vor der Hand verschollen, vielleicht verstürzt.

[35]) *Fiedlerus* l. l. II. p. 90 s. narrat: Während ich im Frühjahr 1836 den letzten Bericht über die Kykladen ausarbeitete, fand man auf der Akropolis von Athen ein Actenstück aus dem steinernen Archiv, welches dort aufbewahrt wurde. Es enthielt einen Vertrag der Athenienser mit den Lieferanten in Keos über die dortige rothe Farbe, worinn unter andern bestimmt war, dass nur athenische Schiffe zur Abfuhr gebraucht werden dürften, die also nicht unbedeutend sein konnte, wenn sie Schiffsladungsweise geschah, mochten die Schiffe auch klein sein. Dr. Ross, der mit der Aufräumung der

53. e Cappadocia Sinopen devehitur. Deterius ex ochra
55. Cydias quidam urere docuit. *Cyani* tria sunt genera: Aegyptium, Scythicum, Cyprium; Aegyptium item est facticium. Ut supra *minii* confectio describitur, ita
57. jam *cerussae* et *aeruginis. Cinnabarin* conficere, quae eadem in Hispaniis et in Colchis nativa reperitur,
59. Calliae inventum esse dicitur. Sequitur modus *argenti*
61. *liquidi* parandi. Ex iis autem, quae effodiuntur, supersunt, quae e terrenis fodinis eruuntur. Horum origo initio descripta est. Multiplices ducunt colores: adhibentur lapidibus conficiendis, quos ex Asia afferunt.
62. Verum nativae terrae et inprimis utiles quatuor sunt: *Melia, Cimolia, Samia, Tymphaica* sive *gypsum.* Melia
64. pictores utuntur sola, Samia minus: hac potissimum et Tymphaica, quam gypsum vocant montis Atho accolae, ad vestes poliendas utuntur. Gypsum plurimum provenit in Cypro, ubi e summa tellure eruitur, in Phoenicia et Syria, ubi e lapidibus coquitur, Thuriis, in Tymphaea et Perrhaebia aliisque locis.
65. Lapidis natura magis saxea quam terrena, alabastritae similis. Madefactus autem mirum in modum lentescit et calescit, quam ob rem ad glutinandum aptissimus
67. est. In Italia vino eum indunt [36]: neque pictoribus

Akropolis beschäftigt war, theilte mir gefälligst jene Nachricht mit, die auf der wohlerhaltenen Marmorplatte eingegraben war.

Was diese rothe Farbe war, lässt sich bergmännisch mit aller Wahrscheinlichkeit folgendermassen erklären.

Man findet nämlich am nördlichen Hafen Wourkari in der Nähe, wo Karessos lag, Stückchen Bleiglätte und gelbes, dichtes Bleioxyd. Wurde also dort eine Art Masticot gebildet, so fabricirte man auch Mennige; es wurde also wohl Glätte, auch wohl gefrischtes Blei aus den nahen Gruben des Lauriongebirges hierher gebracht und Mennige fabricirt, da man in der Lauria an Holzmangel litt.

[36]) Plin. H. N. XIV. c. 19. s. 24.: Verum et de adparatu vini dixisse conveniat — —. Africa gypso mitigat asperitatem nec non aliqui-

inutilis est; a fullonibus inspergitur vestibus; ob lentorem et laevorem praecipue a Graeciae artificibus ad
68. exprimendas formas adhibetur. Postrema ad igneam
69. ejus naturam calcisque similitudinem pertinent et ad
urendi modum in Phoenicia Syriaque usitatum.

At dices fortasse: quid tanta verborum copia opus erat in excerpendo excerpto? Audio: sed scito non temere copiosius me narravisse. Primum enim textus, qualis adhuc curari potuit, tot tantisque laborat vitiis ac difficultatibus, ut lectionem multum moretur: deinde iis consulendum esse putabam, quibus non ad manum esset. Qui si jam ipsi cupidissime exemplaria Graeca arripuerint, me multo minus poenitebit haec Tecum communicavisse.

Addere liceat Schneiderum in editione sua, quae sequenda erat, comparasse Theophrasti doctrinam de ortu et discrimine *τῶν μετάλλων* et *τῶν λίθων* vel, ut alibi distinguitur, *τῶν μεταλλευομένων* seu *μεταλλευτῶν* et *τῶν ὀρυκτῶν* cum disciplina Aristotelis in libris Meteorologicorum tradita. Hic enim in libro III. extremo, postquam de meteoris i. e. iis, quae super terra in aëre fiunt atque apparent, docuit, ita pergit: *Ὅσα μὲν οὖν ἔργα συμβαί-*

---

bus partibus sui calce; Graecia argilla aut marmore aut sale aut mari lenitatem excitat, Italiae pars aliqua rabulana pice etc. XXIII. c. 1. s. 24.: Marmore enim et gypso aut calce condita quis non etiam validus expaverit? (*Fiedlerus* l. l. I. p. 574., II. p. 252. 439. 576.) de Graecis hodie quoque vinis gypsum miscentibus multa narravit, ut haec: *Gyps.* Auf Milo a) zu Chalakas — —. Es wurden bisher jährlich Ein Tausend und einige Hundert Kanthari gewonnen, der meiste gebrannt in den Wein geworfen, um dessen Sauerwerden zu verzögern, der wenigste zu Mörtel verbraucht. Stets war grössere Nachfrage etc. — Omnino praeter ea, quae peregrinator meritissimus in contextu operis sui de rebus mineralogicis Graeciae peritissime exposuit, singulare caput conferri velim, quod tomo II. (pag. 513 — 585.) addidit inscribens: Uebersicht der geognostischen Verhältnisse des Königreiches Griechenland.

νει παρέχεσθαι τὴν ἔκκρισιν ἐν τοῖς τόποις τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν, σχεδόν ἐστι τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα. Ὅσα δ' ἐν αὐτῇ τῇ γῇ ἐγκατακλειομένοις τοῖς τῆς γῆς μέρεσιν ἀπεργάζεται, λεκτέον· ποιεῖ γὰρ δύο διαφορὰς σωμάτων διὰ τὸ διπλῆ πεφυκέναι καὶ αὐτή, καθάπερ καὶ ἐν τῷ μετεώρῳ· δύο μὲν γὰρ αἱ ἀναθυμιάσεις, ἡ μὲν ἀτμιδώδης, ἡ δὲ καπνώδης, ὥς φαμεν, εἰσί· δύο δὲ καὶ τὰ εἴδη τῶν ἐν τῇ γῇ γινομένων· τὰ μὲν ὀρυκτά, τὰ δὲ μεταλλευτά. Ἡ μὲν οὖν ξηρὰ ἀναθυμίασίς ἐστιν, ἥτις ἐκπυροῦσα ποιεῖ τὰ ὀρυκτὰ πάντα, οἷον λίθων τε γένη τὰ ἄτηκτα καὶ σανδαράχην καὶ ὤχραν καὶ μίλτον καὶ θεῖον καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα. Τὰ δὲ πλεῖστα τῶν ὀρυκτῶν ἐστι τὰ μὲν κονία κεχρωματισμένη τὰ δὲ λίθος ἐκ τοιαύτης γεγονὼς συστάσεως, οἷον τὸ κιννάβαρι. Τῆς δ' ἀναθυμιάσεως τῆς ἀτμιδώδους, ὅσα μεταλλεύεται, καὶ ἔστιν ἢ χυτὰ ἢ ἐλατά, οἷον σίδηρος, χρυσός, χαλκός· ποιεῖ δὲ ταῦτα πάντα ἡ ἀναθυμίασις ἡ ἀτμιδώδης ἐγκατακλειομένη· καὶ μάλιστα ἐν τοῖς λίθοις διὰ ξηρότητα εἰς ἓν συνθλιβομένη καὶ πηγνυμένη, οἷον δρόσος ἢ πάχνη, ὅταν ἀποκριθῇ. Ἐνταῦθα δὲ πρὶν ἀποκριθῆναι γεννᾶται ταῦτα. Διὸ ταῦτα ἔστι μὲν ὡς ὕδωρ, ἔστι δ' ὡς οὔ· δυνάμει μὲν γὰρ ἡ ὕλη ὕδατος ἦν· ἔστι δ' οὐκέτι, οὐδ' ἐξ ὕδατος γενομένου διά τι πάθος, ὥςπερ οἱ χυμοί. Οὐ γὰρ οὕτω γίνεται τὸ μὲν χαλκὸς τὸ δὲ χρυσός, ἀλλὰ πρὶν γενέσθαι παγείσης τῆς ἀναθυμιάσεως ἕκαστα τούτων ἐστί. Διὸ καὶ πυροῦται πάντα καὶ γῆν ἔχει· ξηρὰν γαρ ἔχει ἀναθυμίασιν· ὁ δὲ χρυσὸς μόνος οὐ πυροῦται. Initio libri IV. deinde quatuor causae elementorum ponuntur, frigus et calor, quae vim habent efficiendi, siccitas et humiditas, quae patiendi, ut quatuor elementa ipsa varia conjugatione earum existant. Quae quidem causae in corporibus naturalibus operantur tum ortum et mutationem tum interitum. Simplex autem et naturalis ortus fit ab his

facultatibus, cum proportionem justam habuerint mutatione subjectae cuique naturae materiae. Atque hae sunt ac dicuntur facultates passivae (*δυνάμεις παθητικαί*). Calor autem et frigus generant superando materiam: cum autem vincitur a materia, partim fit *ἡ μόλυνσις καὶ ἀπεψία.* Generationi vero contraria est maxime *ἡ σῆψις*, putredo. Omnis autem interitus fit, cum id, quod terminare solet corpus, a terminato corpore vincitur adjuvante eo, quod corpus ambit. Cap. II. e calore derivatur *πέψις, πέπανσις, ἕψησις, ὄπτησις*, e frigore *ἀπεψία, ὠμότης, μόλυνσις, στάτευσις.* Quarum rerum omnium natura explicata cap. IV. his verbis pergitur: *Εἰσὶ δ' αἱ μὲν ἀρχαὶ τῶν σωμάτων αἱ παθητικαί, ὑγρὸν καὶ ξηρόν, τὰ δ' ἄλλα μικτὰ μὲν ἐκ τούτων· ὁποτέρου δὲ μᾶλλον, τούτου μᾶλλον τὴν φύσιν ἐστίν, οἷον τὰ μὲν ξηροῦ μᾶλλον, τὰ δ' ὑγροῦ.* Cap. V. natura *τοῦ πήγνυσθαι καὶ ξηραίνεσθαι* definitur, ibique leguntur haec: *τιθέμεθα δὲ ὑγροῦ σῶμα ὕδωρ, ξηροῦ δὲ γῆν.* Cap. VI.: *Ὅσα μὲν οὖν ἐστιν ὕδατος, οὐ πήγνυται ὑπὸ πυρός· λύεται γὰρ ὑπὸ πυρός κτέ.* Eodem cap. extr. et VII. olei natura consideratur, quod nec frigore coit nec igne densatur propter aeris inclusi copiam. Cap. VIII. de corporibus naturalibus exponitur; e nono maxime haec verba ad Theophrasti libellum referenda sunt: *Καυστὰ δὲ δοκεῖ εἶναι, ὅσα εἰς τέφραν διαλύεται τῶν σωμάτων. Πάσχει δὲ τοῦτο πάντα, ὅσα πήγνυται ἢ ὑπὸ θερμοῦ ἢ ὑπ' ἀμφοῖν, ψυχροῦ καὶ θερμοῦ· ταῦτα γὰρ φαίνεται κρατούμενα ὑπὸ τοῦ πυρός. Ἥκιστα δὲ τῶν λίθων ἡ σφραγίς, ὁ καλούμενος ἄνθραξ.* E cap. X. cf.: *Καὶ τὰ μὲν ἄτηκτα καὶ ἀμάλακτα, οἷον τὸ ἤλεκτρον ἢ λίθοι ἔνιοι, ὥςπερ οἱ πῶροι οἱ ἐν τοῖς σπηλαίοις κτέ.*

Apparet, quod jam Furlanus initio annotationum ad hunc libellum scriptarum demonstravit, ubique consentire

cum magistro discipulum. Consentit vero etiam Plato (Tim. p. 61. Steph.) haec dicens: *τυγχάνει δὲ ταῦτα ὄντα, τὰ μὲν ἔλαττον ἔχοντα ὕδατος ἢ γῆς, τό τε περὶ τὴν ὕαλον γένος ἅπαν, ὅσα τε λίθων χυτὰ εἴδη καλεῖται· τὰ δὲ πλέον ὕδατος αὖ πάντα, ὅσα κηροειδῆ καὶ θυμιατικὰ σώματα ξυμπήγνυται.*

Duas fuisse hujus libri partes, alteram de lapidibus, alteram (a §. 48. ed. Schneid.) de terrae generibus, utramque autem ipsam multifariam [37]) dispertitam, atque in ceteris Theophrasti libris et fragmentis multa obiter dici, quae huc referri possint, non est, quod moneam.

Quo fusius autem de Theophrasto adhuc dictum est, eo brevius de reliquis potest disseri. Quae enim praeter Plini librum XXXIII. et qui sequuntur habemus speciatim de lapidibus scripta, nemo magni putabit aestimanda. *Λιθικά* dico, quae Orphei quidem nomen ferunt nec vero Orphicum ingenium produnt, carmen theurgicum septingentorum sexaginta octo versuum epicorum, vana superstitione non infectum sed confertum. Singula persequi longum est neque operae pretium, nisi si cui exempla desint, quae doceant, quo vesaniae sana mens hominum in considerandis rebus naturalibus aberrare possit. Quam ob rem satis habeo ad *Bernhardyum* [38]) provocare et lapides enumerare, quorum magici effectus post prooemium versuum nonaginta et hypothesin a v. centesimo septuagesimo deinceps praedicantur. Hi sunt: *κρύσταλλος, γαλακτίτης* v. 189., *πετράκης* 228., *ἀχάτης δενδρήεις* 230., *κέρας ἐλάφου* 242. [39]), *βάρβαρος λίθος* 257., *ἴασπις* 264.,

[37]) §. 7. 9. 18. 23. 33. 36. 39. 41. 50. 55. 57. 58. 60. 65. 68.

[38]) Grundriss der Griech. Litteratur (II.) §. 100. 4.

[39]) Verum lapidem intelligi docent versus 247 s.:
οὐδέ κεν ἂν γνοίης κέρας ἀτρεκές, ἢ λίθος ἐστίν,
πρίν κέ μιν ἀμφαφάων εὕρῃς νημερτέα λᾶαν.

λύχνις 268., τόπαζος 277., ὀπάλλιος 279., ὀψιανός 282. [40]), λεπιδωτός 284., χρυσότριχε λίθω δύο 288., μαγνῆτις 302., ὀφιῆτις s. ὀφίτης 336. 341. 457., ὀστρίτης 339., σιδηρίτης s. ὀρείτης 355., γαγάτης 468., σκορπίος 488., κορυφώδης 492., κουράλιον 504., ἀχάτης 604., αἱματίτης 636., Λιπαραῖος 685., νεβρίτης 742., χρυσόπρασος 749., χαλάζιος 752.

Obscurius etiam sed paulo utilius epistolium est, cujus titulum plenum exscribo: *Τοῦ σοφωτάτου Ψέλλου καὶ ὑπερτίμου περὶ λίθων δυνάμεων* [41]). Consilium suum auctor libelli ipse in exordio his verbis explicat: *Ἑκάστης δὲ τῶν διεγνωσμένων ἡμῖν λίθων, καὶ ἃς μάλιστα ἀγαπῶμεν οἱ ἄνθρωποι, τὰς ἐνούσας δυνάμεις ἀνακαλύψω σοι, ἵνα ἐν καιροῖς αὐτοῖς χρῷο καί τινα ὠφέλειαν καρπέζοιο (καρπίζ.) παρ' αὐτῶν.* Ob eam rem

---

[40]) Ut hunc versum 282.

Καὶ πίτυος δάκρυσσι λίθου μένος ὀψιανοῖο

exscribam, error me movet a *Silligio*, Plini sospitatore, detectus, qui (Plin. H. N. XXXVI. c. 26. s. 67.) rectissime negat formam vulgatam apud ullum scriptorem inveniri. Quae si vera esset, nemo non videt salvo versu salvaque prosodia scribendum fuisse ὀψιδιανοῦ, praesertim quum vox λίθου hujus ipsius versus monstret, quod sexcenta exempla confirmant, genitivis in οὐ et οιο exeuntibus *Λιθικῶν* quoque auctorem uti, prout metri necessitas postulat. De prosodia cf. Theocr. XIII. 30.:

Εἴσω δ' ὅρμον ἔθεντο Προποντίδος, ἔνθα Κιᾱνῶν.

Haud sine licentia igitur, qua supersederi poterat in forma ὀψιδιανοῦ, correptum vides α in voce ὀψιανοῖο. — Nomen vero *Obsidiani* s. *Obsii*, a quo Plinius lapidem nominatum esse dicit, nusquam, *Opsii* Tac. Ann. IV. 68. 71. invenitur.

[41]) Usus sum editione principe, cui titulus: *Plutarchus* De fluviorum et montium nominibus, et de his quae in illis reperiuntur. Item. *Psellus* de lapidum virtutibus. Omnia nunc primum ex Manuscripto Graece et Latine cum Castigationibus et notis, Edita a Phillipp. [sic!] Iacob. *Maussaco* etc. Tolosae, M.DC.XIIX. (Pselliana cum versione leguntur a p. 345. usque ad 357.) Posthac F. St. *Bernardus* Lugd. Bat. a. MDCCXLV. et *Idelerus* in Vol. I. Physicorum et Medicorum Graecorum minorum (Berol. 1841 s.) novas curaverunt editiones.

praetermittens *ὀνοκάρδιον*, *ὁλκάδα*, *σπογγίτην*, *λειμωνιάτην*, *λιγγούριον*, *τριγλίτην*, *τριόφθαλμον*, *σοκόνδιον*, *σκριγγίτην*, *σχιστόν* et omnes, quorum nihil exstet nisi nomen, cum nusquam inveniantur, a notioribus ait sese incepturum esse. In his enumerandis literarum ordinem sequutus esse videtur, quem *Maussacus* duobus locis turbatum deprehendit. Nominibus singulorum lapidum descriptio additur et laus virtutum medicarum, quibus excellere dicuntur. Quae quum pro nihilo sit, missam facio; descriptionem autem non omnino spernendam esse putaveris. Quapropter cum nominibus eam quam brevissime ideoque, quantumvis Graeca Latinis mixta displiceant, maximam partem Pselli verbis enoto. Series est haec: *Ἀδάμας*, habens *χροιὰν ὑελίζουσαν καὶ στιλπνήν*, *κράταιος καὶ δίςθραυστος* (*δύςθρ.*). — *Αἱματίτης*, qui *βρεχόμενος ὕδατι* sanguineum colorem emittit. *Ἀμέθυσος ὑακινθώδης τὴν χροιάν*, qui — vinipotores sobrios servat, unde ei nomen. — *Ἄνθραξ* Indicus, carbonibus similis, *ὁ μὲν τηλεφεγγής, ὁ δὲ βραχύτητι μελάντερος. Εὑρίσκεται δὲ ἐν ὄρεσιν ἀντιλάμπων ταῖς ἀκτῖσιν ἡλιακαῖς καὶ ποικιλλόμενος μέν. Τοῦτον οἱ λιθογνώμονες ἴσασιν, οὐ μὴν τὰς δυνάμεις αὐτοῦ μεμαθήκασιν, εἰ μὴ μόνον τὸν ἀνθρακίτην τὸν παρὰ Θεσπρωτοῖς* [42]) *γενόμενον, ἔλαττον τὸ πυραυγὲς ἔχοντα. Αἰσχάτης ποικίλος τὴν χροιὰν καὶ διηγλαϊσμένος, καὶ ὁ μὲν πάρωχρος, ὁ δὲ φοινικόχρους ἢ σαρδοειδής* (*Mauss.* conj. *σαρκ.*). — *Βήρυλλος, ὁ μὲν ἐλαιοβαρὺς τὴν χροιάν, ὁ δὲ θαλάττῃ προςεοικώς, ὁ δὲ λαμπρὸς τὰς αὐγὰς καὶ ὁμοφυὴς καὶ λάμπων πόῤῥωθεν. — Γαλακτίτης· ἀποῤῥήτῳ βρύει γάλακτι, ἔνθεν γὰρ αὐτῷ καὶ τοὔνομα. — Ἤλεκτρον, τὸ μὲν Ἰνδικόν, τὸ δὲ Λιβυτικόν· οἰκειοῦνται δὲ παρὰ τὸν Ἠριδανὸν*

42) Cf. supra p. 16 s., annot. 31. et Plin. XXXVII. c. 7. s. 27. — Pro *αἰσχάτης* legerim *ἀχάτης*.

ποταμόν· ἔνιοι δὲ καὶ δάκρυον αὐτό φασι δένδρου τινός· κοῦφον γάρ ἐστι καὶ θυμιᾶται ὡς ὁ λιβανωτὸς καὶ ἡ μαστιχή. — Ἴασπις φύσει κρυσταλλοειδής, ὀλίγου ἐπιτεινομένη τὴν χροιάν· καὶ ἀρίστη μὲν ἡ πορφύρουσα, δευτέρα ἡ φθεγματικωτέρα παράλευκος· ἔστι δέ τις καὶ ἀεροειδής. — — Ἔστι δέ τις ἴασπις σμαραγδίζουσα· ἡ δὲ ἐμφερὴς χίονι καὶ ἄλλη ἐμφερὴς ἄρνου ἐγκεφάλῳ. — Ἰδαῖος δάκτυλος ἐν Ἴδῃ τῆς Κρήτης γίνεται, τὸ σχῆμα δακτύλῳ ἀνδρὸς ἐμφερὴς τῷ ἀντίχειρι, τὴν χροιὰν σιδηρόχρους. — Κρύσταλλος ἔοικε μὲν ὕδατι καθαρῷ, ἐγκαεὶς δὲ ὑπὸ ἡλίου χροιὰν ἀμεθύσου μεταλαμβάνει, ἐπὶ δὲ τὸ βαθύτερον τραπεὶς Ἰάσπιδι γίνεται ὅμοιος. — Λυχνίτης[43]). — Μαγνίτης, μέγας καὶ βαρὺς καὶ ἀνόμαλος, καὶ ὁ μέν τις ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἀναπτύει. — Ὄνυξ εὐμεγέθης, ὥςτε τοὺς Ἰνδοὺς καὶ πόδας κλίνης ἐντεῦθεν τορεύειν· διαρθεὶς δὲ πρὸς γῆν παντοίαν ἀναφέρει χροιάν, ἢ γὰρ ἀνθρακώδη ἢ μέλαιναν ἢ σαρκοειδῆ. — Σάπφειρος[44]). — Σαρδόνυξ μέσην ἔχει γραμμὴν λευκήν· ἔστι δὲ μονόχρωος[45]), — ἡ δὲ ποικίλη. — Σεληνίτης καλεῖται, ὅτι ὀφθαλμὸν οἷόν τινα συναυξόμενον τοῦτον καὶ συμμειούμενον ταῖς τῆς σελήνης αὐξήσεσι καὶ συμμειώσεσι δείκνυται. — Σμάραγδος πρασοειδὴς καὶ ἠρέμα χρυσίζουσα καίτοι καὶ τοῦ γλαυκοῦ παρεμφαίνουσα χρώματος· γεννᾷ δὲ ταύτην καὶ Αἰθιοπία καὶ Αἴγυπτος καὶ Πέρσις καί τινα ὄρη τῆς Ἀττικῆς. — Ὑάκινθος· τοῦτον τίκτει Ἰνδῶν (sc. γῆ)· ἔστι δὲ θαλαττόχρωος. — Χρυσόλιθος. —

---

[43]) Quae sequuntur verba ἔστι δὲ νυκτάλωπος haud dubie vim medicam, nec vero colorem spectant.

[44]) Miror, quod *Maussacus* opinans h. l. literarum ordinem turbatum esse Κάπρειφος scripsit. Apparet Σάπφειρος scriptum fuisse.

[45]) Ut h. l. μονόχρως aut μονόχροος, ita infra de hyacintho θαλαττόχρως aut θαλαττόχροος legendum. Pro Σεληνίτης *Mauss.* habet Σεληνήτης.

Χρυσήλεκτρος. — Χρυσόπρασος. — Χαλαζίας [46]), λευκὸς καὶ στερεὸς καὶ κρυστάλλῳ μικρῷ ἐοικώς. — Τοπάζιον, λίθος διαφανής, ὑέλῳ παρεμφερής· φύεται δὲ εἰς τὸν Ἀραβικὸν λεγόμενον κόλπον. ἔν τινι πελαγίᾳ νήσῳ καὶ ἡμέρας μὲν οὐχ ὁρᾶται· κρύπτει γὰρ αὐτοῦ τὸ φέγγος ἥλιος· νυκτὸς δὲ διαλάμπει πόῤῥωθεν καὶ τραχὺς μὲν εὑρίσκεται καὶ ἀνόμαλος, τεχνικοῖς δὲ ὀργάνοις λεαίνεται. — Postremo auctor libelli sic fere pergit: Plures ausi sunt virtutum, quae in lapillis inveniuntur, causas indagare, ut ex antiquioribus sapientibus Anaxagoras, Empedocles et Democritus, ex iis autem, qui paulo ante nos (οὐ πολὺ πρὸ ἡμῶν) vixerunt, ὁ ἐκ τῆς Ἀφροδισίας Ἀλέξανδρος, ἄνθρωπος περὶ πάντων, ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων τῆς φύσεως προχειρότατος [47]).

Quae omnia Plinio excepto quantula sint, si vel a Trismegisti lapide philosophico [48]) incipiens Didymi [49]), Zosimi [50]), Stephani cujusdam Alexandrini [51]) reliquias, si incerti auctoris carmen, cui *Aetnae* nomen, addideris

[46]) Dehinc literarum ordo ita turbatus est, ut nequeat restitui, nisi sumseris, quod veri non est simile, tria extrema capita in unum coarctata esse.

[47]) Constat Alexandrum ineunte tertio, Psellorum alterum medio nono, alterum undecimo saeculo post Chr. n. vixisse. Ipse dijudica, num de tantis intervallis οὐ πολὺ πρὸ ἡμῶν dici potuerit.

[48]) Constat medii aevi esse, qui aliquamdiu antiquissimus habitus et Hermae Trismegisto adscriptus est, *Tractatum vere aureum de lapidis philosophici decreto.* Potest igitur jam propterea hic de eo non sermo esse, nisi per jocum.

[49]) Chalcenterum dico ejusque μέτρα μαρμάρων καὶ παντοίων ξύλων.

[50]) Panopolitani intelligitur Βαφὴ τοῦ παρὰ Πέρσαις ἐξευρημένου χαλκοῦ γραφεῖσα ἀπὸ ἀρχῆς Φιλίππου. Vid. *Schneider.* Ecl. Tom. II. p. 95 ss.

[51]) Στεφάνου Ἀλεξανδρέως οἰκουμενικοῦ φιλοσόφου καὶ διδασκάλου τῆς μεγάλης καὶ ἱερᾶς τέχνης περὶ χρυσοποιΐας πράξεις θ'. Insunt in *Ideleri* Phys. et med. Graec. minn. II. p. 199 ss.

et ad Marbodi Lapidarium [52]) usque descenderis, nemo est, quin intelligat. Scis autem, quam multa apud veteres scriptores, geographos potissimum, oeconomicos et medicos, obiter de lapidibus et metallis legantur, ut iis, quae hic illic dispersa sunt, in unum collectis et conjunctis bene cognosci possit, quid antiquitus de hac parte rerum naturalium statuerint. Exempli causa affero Nicandri locos de cerussa (Alexipharm. v. 74 ss.) deque argenti spuma (ibid. v. 607 ss.) et Plutarchi (περὶ ποταμ.) de lychnide, aruraphylace, sophrone, machaera, pausilypo, philadelphis, autoglypho, astere s. ballene, cryphio, collotibus, thrasydilo, corybante, cylindro, astige [53]), antipathe, linurgo, Sicyonio, myndane, carpyce, aliis. Quo magis autem appareat, quam diligenter veteres commentati sint rem mineralogicam, ad extremum addo hoc uno, quem Plutarchus de fluviis scripsisse fertur, libello novem commemorari scriptores, quorum libri de lapidibus interierunt. Nominantur enim Archelaus (α′ περὶ λίθων), Agatharchides Samius (δ′ π. λ.), Thrasyllus Mendesius (γ′ π. λ. cf. Plin. H. N. XXXII. c. 5. s. 19. §. 55.), Heraclitus Sicyonius (β′ π. λ.), Aristobulus (α′ π. λ.), Dercyllus (α′ π. λ.), Nicias Mallotes (Plin. XXXVII. c. 2. s. 11. §. 36.), Dorotheus Chaldaeus (β′ π. λ.), Theophilus (α′ π. λ.).

Sed transeo ad herbariam veterum, de qua qui nostra aetate scripserint, supra [54]) jam est monitum. Palmam haud dubie tulit *Sprengelius*, quem in opere suo universam herbariae historiam complectente de veteribus quoque

---

[52]) Cf. quae de hoc carmine exposuit L. *Choulant*, vir experientissimus, in libro praestantissimo, quem inscripsit: Handbuch der Bücherkunde für die ältere Medicin. (Lps. 1841.) P. 244 ss.

[53]) Euphrat. med. — Cf. annotatiunculam 23.

[54]) P. 3. et 8.

diligentissime et peritissime singulis capitibus [55]) exposuisse nemo negabit. Ob eam rem missis iis, quae apud hunc recte se habent, unice videndum puto, quid addi possit quidve maxime in rebus antiquariis corrigi atque emendari. Nihil igitur et ipse de Aristotele hic dissero, praesertim quum recte judicatum sit de libris botanicis, qui ejus nomen ferunt; nihil de Theophrasto, etsi haud scio an ejus libri de causis plantarum magis etiam spectari potuerint; nihil de Plinio multisque aliis, de quibus hoc illud secus statui possit; nihil de titulis librorum, quos accuratius exscriptos velim; nihil adeo de temeritate, qua Appuleji de viribus herbarum libro originem attribuit a VV. DD. [56]) dudum negatam. Latissimum *Sprengelius* campum impigre aperuit: sat multa autem, opinor, aliis in eo demetenda reliquit. Ut ipse pauca addam, memoro anonymi fragmentum carminis Graeci de herbis a *Sillígio* editum [57]), quod ducentos quindecim versus epicos con-

[55]) *Vol. I. Cap.* 3. Aegyptische, griechische und römische Sagen von Pflanzen. — 4. Homerische Pflanzen. — 5. Erste Grundzüge der Naturlehre der Gewächse. 6. Die Rhizotomen. — *II. Buch. Anfang der wissenschaftlichen Pflanzenkunde.* — *Cap.* 1. Theophrast von Eresus. — 2. Alexandrinische Schule. Kratevas. Nikander. — 3. Pflanzenkunde unter der Römer Herrschaft. Cato, Varro, Diophanes, Virgil, Columella, Juba, Dioscorides, Plinius, Galen. — *III. Buch. Verfall der Pflanzenkunde. Cap.* 1. Barbarey unter Griechen und Römern, — Apulejus, Pappus v. Alexandrien und Moses v. Chorene, Marcellus v. Bordeaux, Palladius, Kosmas Indicopleustes, Isidorus Hispalensis, Kassianus Bassus, Symeon Seth, Michael Glykas, Nicolaus Myrepsicus.

[56]) Veluti a *Bährio*, auctore operis inscripti: Geschichte der Röm. Literatur. §. 311. ed. III.

[57]) Explet p. 195. et quae sequuntur usque ad 216. hujus libri: Macer Floridus de viribus herbarum una cum Walafridi Strabonis etc. carminibus similis argumenti, quae — rec., suppl. et annotatione crit. instr. L. *Choulant*. Accedit anonymi carmen Graecum de herbis, quod e cod. Vindob. aux. et cum Gf. Hermanni suisq. emendationibus ed. Jul. *Sillig*. 12 u. 220 S. 8. Lps. 1832. — Plura vid. apud *Choulant*. l. l. §. 20. 32.

tinet. Tractantur in eo *χαμαίμηλον*, *ῥάμνος*, *ἀρτεμισία μονόκλωνος*, *πενταδάκτυλος*, *περιστεραί*, *δίκταμνον μικρόν*, *ἐλελίσφακος*, *βράθυ κυπάρισσος*, *κενταύριον μέγα*, *βούφθαλμον*, *παιονία*, *πόλιον*, *μῶλυ*, *ἐναλιδρῦς*, *χρυσάνθεμον*. Accedit vile Manuelis Philae carmen de plantis s. de floribus, iambicum versuum trecentorum quinquaginta trium, initio seculi XIV. compositum [58]). Vile dico non solum propter aetatem et exiguitatem — paucis enim multum dici potest boni —, sed etiam propter materiem, quam hi tituli singularum partium indicant: *εἰς τὸν στάχυν*, v. 89 ss. *εἰς τὸν βότρυν*, v. 255 ss. *εἰς τὸ ῥόδον*, v. 334 ss. *εἰς τὴν ῥοιάν*. Nec vero caret suis luminibus: herbarii tamen vix plus lucri inde facient, quam e tractatu *περὶ βοτανῶν χυλώσεως*, quem Trismegistus supra memoratus de sympathia plantarum atque lapidum conscripsisse traditur [59]). Plusculum suppeditabit, quam a p. 394. usque ad 408. Volumen II. Anecdotorum Graec. ***Boissonadii*** continet, *Ἑρμήνεια πρόχειρος ὀνομάτων βοτανῶν καὶ ἑτέρων εἰδῶν ἰατρικῶν ἀπὸ διαφόρων βιβλίων συλλεγεῖσα κατὰ ἀλφάβητον*, cujus titulum *Cangius* in Glossarii indice non satis accurate exhibuit. Quod in IV. volumine eorundem Anecdotorum p. 450 s. legitur *Λιβανίου διήγημα περὶ τοῦ ῥόδου*, id rosae naturam nihil attingit, sed in allegoria versatur. Quantum vero differat ab hoc opusculum *ἀνωνύμου* (*Λιβανίου*) item *περὶ ῥόδου* inscriptum, ipse non potui dignoscere propterea, quod frustra nova ***Boissonadii*** Anecdota Graec. circumspectavi, in quibus inest.

E Latinis adderem Appuleji Platonici cujusdam frag-

---

[58]) Usus sum editione Wernsdorfii Lipsiensi anni MDCCLXVIII. Mihi quidem omnium maxime placuerunt, quae in malum Punicum scripta sunt.

[59]) Vid. p. 311 ss. post Laurentii Philadelphi Lydi opusculum de mensibus a Guil. ***Röthero*** (Darmst. a. 1826.) editum.

mentum, quod jam Claud. *Salmasio*[60]) innotuerat, nuperrime demum a *Silligio* descriptum atque publicatum[61]), nisi multo utilius esset ad criticam factitandam, qnam ad herbariae historiam amplificandam. Quod autem libellus de herba betonica (Vetton.), quem vulgo Antonio Musae, Augusti medico, tribuerunt, a *Sprengelio* omissus est, minus mirabitur, quisquis scit praeter diversa herbae illius nomina nihil inesse, nisi enumerationem quadraginta sex morborum, quibus ea mederi fertur[62]). Reliquum est, ut Gargilii Martialis fragmenta commemorem ab *Angelo Majo* reperta et primum edita[63]), alterum de arboribus pomiferis (i. e. de Cydoneis, Persicis, amygdalis, castaneis)[64]), alterum de pomis s. medicina ex pomis[65]).

Neque vero parvi ducendum, quidquid obiter scriptores antiqui de plantis monent. Exempli causa monstrent hoc venena plantarum in iisdem Alexipharmicis Nicandri, de quibus jam supra sermo fuit, descripta: *ἀκόνιτον* v. 12ss., *κόριον* 157 ss., *κώνειον* 186 ss., *ἐφήμερον* 249 ss., *δορύκνιον* 376 ss., *ὑοςκύαμος* 415 ss., *μήκων* 433 ss., *μύκης* 521 ss.

Quodsi dixi *Sprengelium* optime meruisse de herbaria veterum enucleanda, jam ex his, quae magis adumbrari quam explicari potuerunt, facile vides me non ignorare, quam multa et in hac parte historiae naturalis veterum

---

60) Vid. ejus Exercitt. Plin. var. loc. et Homonym. hyl. iatr. p. 12. — Cf. *Choulant*. Handbuch etc. §. 56.

61) In Tom. V. edit. Plin. novissimae a p. XV. usque ad XLI. — A XXII. incipit fragmentum ipsum *de remediis salutaribus*.

62) *Heckerus* (Geschichte der Heilkunde II. p. 38 sq.) et *Choulant*. (l. l. §. 57.) Appulejo malunt tribui.

63) In Class. auctt. e Vaticanis codd. editis.

64) Tom. I. p. 391—413.

65) Tom. III. p. 418—426. Utrumque fragmentum partem operis esse putant, quod Gargilius Martialis de hortis composuerit. Vid. *Bähr*. l. l. §. 378., *Choulant*. l. l. §. 64.

supersint, quae vel accuratius cognosci, vel melius disponi, vel rectius, plenius et magis perspicue describi possint. Adde textus, quos dicunt, maximam partem emendatos: adde itinera, quibus orbis terrarum a VV. DD. perlustratus est [66]).

Venio tandem ad zoologiam, quam dicunt, materiam uberrimam. Inter omnes, qui unquam in ea tractanda elaboraverunt, eminet Aristoteles, cujus merita nemo non agnoscet inspecta paululum historia animalium, inspectis libris de partibus animalium, de generatione animalium, de animalium incessu, de animalium motione, de spiritu, inspectisque aliis minoribus. Sed quum mihi propositum sit, ea potissimum, quae minus nota sunt, in lucem proferre, ab Aristotele [67]), quem ipsum velim multis nostrorum physicorum paulo notiorem esse, ad ea Theophrasti fragmenta transeo vel potius propero, quae ad animalium historiam pertinent, ut maxime *περὶ κόπων*, *π. ἰλίγγων*, *π. ἱδρώτων*, *π. λειποψυχίας*, *π. παραλύσεως*, *π. τῶν ἰχθύων τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διαμενόντων*, *π. τῶν ζώων τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας*, *π. τῶν ἄθροον φαινομένων ζώων*, *π. τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν*, *π. τῶν φωλευόντων ζώων*. Omnes hae reliquiae satis multa continent, quae doceant, quid sit, quod maligna librorum Theophrasteorum sorte amiserimus.

---

[66]) *Fiedlerus* parti I. libri laudatissimi a p. 511. usque ad 857. appendicem adjunxit sic inscriptam: Uebersicht der wichtigsten und bemerkenswerthesten Gewächse des Königreichs Griechenland. Sed intermiscuit domesticis Graeciae plantis multas peregrinas neque satis caute has ab illis distinxit. — De animalibus passim tantum narravit.

[67]) Verbo saltem hic memoraverim utilissimum Aristotelis exemplum hominum naturam animaliumque psychologiam, quam dicunt, diligentissime ubique spectantis. Itaque laudi ei ducenda sunt, quae Lucianus irrisurus jocatur (Vit. auct. 26.): *ἔτι δὲ εἴσῃ αὐτίκα μάλα παρ' αὐτοῦ, πόσον μὲν ὁ κώνωψ βιοῖ τὸν χρόνον, ἐφ' ὁπόσον δὲ βάθος ἡ θάλασσα ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταλάμπεται, καὶ ὁποία τίς ἐστιν ἡ ψυχὴ τῶν ὀστρέων κτέ.* Ceterum cf. *Choulant*. l. l. §. 65.

Meliusculе actum est cum Nicandro, cujus *Θηριακά*, carmen didacticum nongentorum quinquaginta octo versuum epicorum de bestiis venenatis, non solum integra servata, sed scholiis etiam et Eutecnii paraphrasi explicata habemus. Nihilo minus etiam nunc vel post *Schneideri* studia multis laborant difficultatibus, natis illis e corruptis codicibus: quae vero nulla premuntur obscuritate, in opere, quale Tu conaturus es, neutiquam erunt praetereunda [68]).

Ex Andromachi [69]) autem carmine elegiaco (distichorum octoginta septem) *περὶ τῆς θηριακῆς*, quamvis celebratissimum medicamentum eo describatur, non multum lucraberis, minus certe, quam e Xenocratis [70]) libello *περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς*, cujus argumentum titulo satis indicatur.

Sequuntur jam Aeliani *περὶ ζώων ἰδιότητος* libri septendecim, opus ab aliis nimium, ab aliis parum laudatum, quo Tu carere non poteris. Optime de eo exposuit *Jacobsius* in praefatione editionis suae inde a p. XLI.; quique semel *Schneideri* indicem genericum „animalium ab Aeliano memoratorum secundum ordinem litterarium" [71])

---

[68]) Plura vide apud *Bernhard.* Grundriss der Griech. Litt. §. 123. 9. et apud *Choulant.* l. l. §. 9.

[69]) Vid. *Choulant.* l. l. §. 15.

[70]) Vid. *Choulant.* l. l. §. 23.

[71]) Initium faciunt *quadrupedes;* sequuntur *amphibia, reptilia, pisces, aves, insecta,* denique sub uno eodemque titulo *vermes, mollia crustacea, testacea, zoophyta.* Praeterea peramplus index genericus plantarum additur, minor vero lapidum metallorumque. In libris quatuordecim *ποικίλης ἱστορίας*, quorum auctorem alii ipsum hunc, alii cognominem quendam Aelianum esse ferunt, item multa de rerum natura inveniri, et prima monstrant primi libri capita: *περὶ πολύποδος, π. φαλάγγων, π. Αἰγυπτίων βατράχων, π. κυνὸς Αἰγυπτίου, π. θαλαττίας ἀλώπεκος, π. χελωνῶν θαλαττίων, π. ἀγρίων συῶν, π. φαλαγγίου, π. λέοντος νοσοῦντος, πῶς αἱ βεβλημέναι ἐν Κρήτῃ αἶγες θεραπεύονται κτἑ.* et multa alia, ut libri XIII. c. 35. *π. ἐλάφου ἐν νόσῳ φυσικῆς θεραπείας.*

introspexerit, opus ipsum, licet e sexcentis scriptoribus excerptum esse videatur, accuratius nosse avebit. Quo pauciores enim librorum, quibus Aelianus usus est, aetatem tulerunt, eo plus, opinor, gratiae debetur iis, qui amissa recte aestimare scierunt et servare studuerunt, praesertim quum in vita communi saepissime fieri soleat, ut optima quaeque tum demum desideremus, ubi in omne tempus amisimus.

Porro huc pertinent, quae diu uni eidemque Oppiano [72]) tributa sunt: Ἁλιευτικά, Κυνηγετικά, Ἰξευτικά. Duo priora, haud dubie a diversis auctoribus profecta, supersunt: quae ratio autem inter Ἰξευτικά et paraphrasin Eutecnii aliusve cujusdam intercedat, a *Cramero* in Anecd. Graec. e codd. mscr. bibliothecae regiae Paris. (Oxon. 1839. Vol. I. p. 21 — 42.) editam, hoc certe loco nunc non est quaerendum. In exordio auctor carminis, de quo agitur, Dionysius nominatur: paraphrasis ipsa in duos libros dividitur, quorum prior in terrestribus, alter in aquatilibus describendis versatur. Tituli illius sunt hi: 1. περὶ γρυπῶν, 2.*) ἀετῶν, 3. ἅρπης, 4. γυπός, 5. ἱέρακος, 6. ἰκτίνου, 7. μέμνονος, 8. κοράκων, 9. κορώνης, 10. πέρδικος, 11. αἰγίνθου, 12. κόκκυγος, 13. δρυοκολάπτου, 14. αἰγιθαλοῦ, 15. γλαυκός, 16. ἰκτέρου, 17. κίσσης, 18. ψιττακοῦ, 19. ἀηδόνος, 20. χελιδόνος, 21. σελακίδος, 22. ἰύγγων, 23. τρυγόνος, 24. περιστερᾶς, 25. ὄρνιθος κατοικιδίου, 26. κοσσύφων, 27. ταώ, 28. πορφυρίωνος, 29. ὄρτυγος, 30. πελαργοῦ, 31. φοίνικος. Capita alterius libri περὶ τῶν ἀμφιβίων ὀρνέων sic deinceps inscribuntur: 1. περὶ ἁλιαιετοῦ, 2. καταράκτου, 3. τροχίλου, 4. λάρου, 5. αἰθυιῶν, 6. πελεκίνου, 7. ἀλκύονος, 8. ἐρωδιοῦ, 9. ἱμαντόποδος, 10. κέπφου, 11. ἐλαφίδος, 12. κολυμ-

72) Plura vid. apud *Bernh.* Grundriss der Griech. Litt. §. 123. 15.

*) Ante insequentes genitivos brevitatis causa περί omissum est.

βων, θρακός, δοτίνου, κίῤῥεως, 13. θεοκόρνου, 14. γύγου, 15. γεράνου, 16. χηνός, 17. κύκνου.

E carmine Marcelli Sidetae extensissimo duo supersunt fragmenta: alterum numeris solutum περὶ λυκανθρώπου, quod per *Böttigerum* olim nostrum [73]) inclaruit, alterum unius et centum hexametrorum περὶ ἰχθύων [74]). Pergo ad epistolium περὶ ἑλμίνθων, Alexandro Tralliano vulgo tributum [75]), ad Hippocratis ἱππιατρικά [76]), ad Demetrium Pepagomenum, qui ἱερακοσόφιον scripsit s. περὶ τῆς τῶν ἱεράκων ἀνατροφῆς τε καὶ θεραπείας. Num ejusdem sit κυνοσόφιον s. περὶ κυνῶν ἐπιμελείας, incertum est [77]). Nec vero Philae obliviscendum, cujus tria poemata iambica huc pertinent: primum idque majus περὶ ζώων ἰδιότητος ex Aeliano, Oppiano, Galeno aliisque ductum est; alterum εἰς τὸν ἐλέφαντα versibus trecentis octoginta uno, tertium περὶ σηροσκώληκος quadraginta tribus continetur. Quibus omnibus me quidem judice inferius est illud, cujus supra feci mentionem. Denique scholia cum omnium scriptorum tum Aristotelis, quae *Brandisius* colligere coepit, non poterunt non spectari, ubicunque in rerum natura explicanda versantur [78]).

E Romanis praeter Plinium [79]) ejusque imitatores, de quibus nihil est, quod moneam, perpauci speciatim de

---

[73]) Scripsit enim: Aelteste Spuren der Wolfswuth in der Griech. Mythologie. Kleine Schriften. I. P. 135—158. De ipso fragmento vide *Choulant.* l. l. §. 24.

[74]) Praeter eandem §. *Choul.* vid. *Bernh.* Grundriss der Griech. Litt. §. 123. 14.

[75]) Vid. *Choul.* l. l. §. 37.

[76]) Vid. *Choul.* l. l. §. 29. 139.

[77]) Vid. *Choul.* l. l. §. 48. 140.

[78]) Scholia in Aristotelem. Collegit Ch. A. *Brandis,* ed. Academia Regia Boruss. Berol. 1836. 4.

[79]) Perutilem habemus librum G. *Cuvierii:* Zoologie de Pline. Paris, 1832. 2 Vol.

animalibus scripserunt, pauciorum etiam scripta servata sunt, de quibus et ipsis multum ambigi nemo est quin sciat. Idcirco tamen non omnino spernenda duces. Halieuticon enim, quae Ovidio tribuuntur, centum quadraginta quatuor, qui supersunt, versibus plus quinquaginta piscium genera enumerantur vel etiam describuntur [80]). Minus quidem in amplioribus fragmentis binorum Cynegeticon inest, quorum alterum Gratio Falisco, aequali Ovidii, alterum M. Aurelio Olympio Nemesiano debemus [81]). Additis autem Gargilii Martialis reliquiis de cura boum, quae per *Schoettgenium* nostrum innotuerunt [82]), Sexti Placiti Papyriensis libro de medicamentis ex animalibus [83]), Pelagonii Vegetiique operibus, quae ad medicinam veterinariam spectant [84]), vix quidquam reliquum erit, quod huc referri possit, nisi forte carmen Firmiani Lactantii de phoenice, fabulosissimo omnium animalium, adjiciendum esse putes.

Praeterea de animalium natura cum apud omnes alios scriptores antiquos [85]), tum apud medicos, geographos et eos, qui de re rustica exposuerunt, longe plura etiam leguntur obiter, quam de lapidibus et plantis. Nec id mirum.

---

80) Vid. *Bähr.* l. l. §. 109. 4. De minoribus quibusdam carminibus similis argumenti cf. §. 92.

81) Vid. *Bähr.* l. l. §. 113. 118. Ibidem fragmenta de aucupio commemorantur. Quoniam autem Cynegeticon Romanorum est mentio facta, timeo, ne ignorare videar Xenophontem, si hujus κυνηγετικὸν et similia scripta, quae taceri posse putaram, hoc saltem loco commemorare nolim.

82) Vid. *Bähr.* l. l. §. 378.

83) Vid. *Bähr.* l. l. §. 372., *Choul.* §. 61. — Hic idem *Choul.* de ratione consulendus est, quae inter Placitum et Constantinum Africanum, auctorem libri de animalibus, intercedit. Cf. §. 70. 119. 121.

84) Vid. *Bähr.* l. l. §. 372., *Choul.* §. 63 s.

85) Addo hic titulum supra omissum:

Lichtenstädt, J. K., Platons Lehren auf dem Gebiete der Naturforschung und der Heilkunde. Nach den Quellen bearbeitet. Lpz. 1826.

Namque consentaneum est, viva naturae corpora ab hominibus maxime observari, qui non via quadam et ratione in universas res naturales inquirere consueverunt. Nihil igitur exemplis opus est, quum sponte cuique in mentem veniant. Ne tamen imperfecta sint, quae supra inchoavi, addam saltem ea, quae in Alexipharmacis Nicandri ad animalia pertinent, ut *κανθαρίς* v. 115ss., *ταύρου αἷμα* v. 312ss., *βούπρηστις* v. 335ss., coagulum v. 364ss., lepus marinus v. 465ss., *βδέλλα* v. 495ss., *σαλαμάνδρα* v. 550ss. Ac si quis velit quasi per transennam adspicere scientiam rerum naturalium a medicis coacervatam, adeat ad *Kühnianam* editionem medicorum Graecorum, cujus tomo XX. *Assmanni* Index in Galeni libros plenissimus atque commodissimus continetur.

Sed jam vela video contrahenda esse, postquam nimis fortasse pandi. Certe minus spatii quam materiae est reliquum. Breviter enim expositis iis, quae a veteribus de hominis natura conscripta sunt, persecuturus eram, quae ad universam historiam naturalem pertinent. Quum autem taedeat brevitati ita servire, ut mera nomina e nominibus seram, his duobus capitibus in aliud tempus dilatis exempli causa ut in brevi ex uno quodam eorum scriptorum, qui non in physicis habendi sunt, res naturales ab eo memoratas ita enotare conor, uti fere mea quidem sententia e quovis Tibi aut sociis Tuis erunt enotandae. Eligo Pindari odas, quippe in quibus non multa inesse suspicemur, quae ad historiam naturalem referas, usitatumque ordinem sequens a mineralibus, quae dicunt, initium facio. Ac primum quidem e *lapidibus* commemorantur praeter arenam (*ψάμαθος*, *ψάμμος*)[86]) Parius, Lydius (*βάσανος*),

[86]) Locos, quibus unumquodque apud Pindarum invenitur, propterea omitto notare, quod ope *Rostiani* lexici Homerico-Pindarici fere omnes facillime invenire potest, cujus refert eos nosse.

cos (Naxia, ἀκόνη); e *metallis* aurum, argentum, aes, ferrum (σίδηρος, ἀδάμας). Quomodo haec nomina omnia et quae subsequuntur cum derivatis et compositis transferantur, hoc loco non potest explicari; sed apparet translationem quamvis optime tum demum intellectum iri, quum proprium, quem dicunt, sensum quam rectissime perspexeris. Prius enim videndum, quid translatum sit, quam de translatione ipsa potest judicari. In *herbaria* Pindarica propter imagines inde deductas ante omnia florum et fructuum ipsorum mentio est facienda. E generibus plantarum exsignavi hederam, apium, violam, juncum, crocum, rorem marinum (ποντία ἔερση), rosam, triticum, oleam, vitem, suber, quercum, laurum, myrtum. Ex *animalibus* memorantur praeter mythica (chimaeram et pegasum) simia, elephas, equus, mulus, asinus, leo, panthera, canis, lupus, vulpes, ovis, bos, cervus, sus, aper, aquila (οἰωνῶν βασιλεὺς δίδυμος), iynx, gallus, graculus, delphinus marisque θῆρες ἀϊδροδίκαι v. ὑπέροχοι, apis, draco, serpens.

Ceterum vide, quid fieri possit, ut bona pars operum supra enumeratorum denuo recognita eadem fere ratione edantur, qua nuperrime Aristotelis libri de partibus animalium a *Frantzio* editi sunt [87]). Neque repudio in ejusmodi libris conversionem additam, qua bibliopolae in tragicis, Demosthene, Sallustio aliisque haud dubie multo melius de marsupiis suis, quam de juventute scholastica merent. Maxime omnium commendaverim Aristotelis historiam animalium et Theophrasti libros de causis plantarum, si *Bibliotheca s. Corpus historiae naturalis antiquae* confici nequeat.

---

[87]) Titulus est:
Ἀριστοτέλους περὶ ζῴων [sic!] μορίων βιβλ. δ'. Aristoteles' Vier Bücher über die Theile derThiere. Griech. u. Deutsch und mit sacherklärenden Anm. herausgeg. v. Dr. A. v. *Frantzius* etc. Lpz. 1853.

Sed haec hactenus. Ubi offenderis, quae aut comtius atque politius dici potuerint aut aliis de causis displiceant, memento me non modo otio carentem sed negotiis distentum et omnibus aerumnis discruciatum haec lucubravisse. Memento porro me non philologo sed physico et omnibus rerum naturalium amatoribus scripsisse. Sed aliud simul, ingenue fateor, egi. Vides enim permultos juvenes, qui a gymnasiis nostris in academias discedunt, quasi antiquitatem, quam primis labris degustare coeperunt, totam in succum et sanguinem verterint, a more majorum desciscentes ad pulverem scholasticum excutiendum non Graeca tantum, sed Latina etiam prorsus abjicere. Si et his et aliis antiquitatis osoribus contemtionem ejus paululum dissuaserim, si consilium Tuum aliquantulum juverim, magnopere mihi gratulari velim, quod non frustra scripserim.

Vale ac mihi fave. Dedi Dresdae a. d. XV. Cal. Apr. a. MDCCCLIV.

Schulnachrichten.

Aus der Gymnasialcommission, deren Mitglied er von ihrer Errichtung im J. 1835 an gewesen war, schied, durch den Tod am 31. Mai 1853 abgerufen, Herr Obersteuerprocurator Christian Gottlieb Eisenstuck, dessen Andenken auch in unserm Kreise ein gesegnetes bleiben wird. An seine Stelle trat, am 22. Aug. erwählt, Herr Finanzprocurator Ferdinand Adolf Opitz, den wir als einsichtigen und wohlwollenden Freund unsers Gymnasiums freudig begrüssten. Für den Vorsitzenden der Commission, Herrn Superintendent und Consistorialrath Dr. Heymann, den seit dem Januar d. J. schwere körperliche Leiden von unserer Anstalt, welcher er stets die liebevollste, treueste Theilnahme widmete, ferngehalten haben, versah Hr. Stadtprediger Steinert in dieser Zeit die Geschäfte. — In dem Lehrercollegium trat keine Veränderung ein. — Der Candidat des höhern Schulamts Hr. Gottlieb Adolf Clauss, geb. am 2. April 1829 zu Camenz, ward nach Verordnung des Königl. Ministeriums des Cultus und öff. Unterrichts seit Juni 1853 mit Probelectionen, und zwar in Unterquinta, Unterquarta und Untertertia beschäftigt; er vertrat auch im vorigen Sommer den zur Herstellung seiner Gesundheit für einige Zeit beurlaubten Hrn. Dr. Mehnert als Classenlehrer der Unterquinta und Inspector des Alumneums.

Da das Geburtsfest Sr. Majestät des Königs im J. 1853 in die Pfingstwoche fiel, wo bei unserm Gymnasium Ferien stattfinden, ward dasselbe nach Verordnung des Kön. Ministeriums vom 29. März 1853 erst Montag d. 23. Mai in Gegenwart Sr. Exc. des Hrn. Staatsministers Dr. v. Falkenstein, des Hrn. Geh. Raths v. Ehrenstein, des Hrn. Geh. Kirchenraths Dr. v. Zobel, des Hrn. Geh. Kirchen- u. Schulraths Dr. Meissner, der Gymnasialcommission, des Hrn. Oberbürgermeisters Pfotenhauer, des Hrn. Bürgermeisters Neubert und des Hrn. Stadtpredigers Steinert von dem Lehrercollegium und den Schülern der sechs obern Abtheilungen durch einen Schulactus gefeiert. Nach Absingung eines Chorals und

nachdem der Rector das Gebet gesprochen, trug der Primaner Peter ein von ihm gefertigtes Festgedicht vor; hierauf zeigte der Primaner Heide, wie sich schon der Schüler durch treue Beschäftigung mit den Unterrichtsgegenständen der Schule für ein pflichtmässiges Berufsleben im Dienste des Vaterlandes vorzubilden vermöge; dann sprach der Primaner v. Ehrenstein ein von ihm gefertigtes längeres Gedicht, „die sächsischen Fürstengräber", worauf der Conrector Dr. Wagner die Festrede „über königlichen Sinn" hielt. Mit Aufführung einer Motette von Rolle durch den Singechor schloss die Feierlichkeit. Den Alumnen der Anstalt ward durch die Güte des Stadtraths zu Mittag eine ausserordentliche Festspeisung gewährt.

Zu der Vermählung Sr. Königl. Hoheit des Prinzen Albert und Ihrer Königl. Hoheit der Prinzessin Carola von Wasa sprach das Gymnasium seine Glückwünsche in einem vom Hrn. Gymnasiallehrer Albani verfassten lateinischen Gedicht aus, welches der Rector am 19. Juni persönlich zu überreichen die Ehre hatte.

Von Verordnungen des Königl. Ministeriums, die uns durch die Gymnasialcommission zugekommen sind, haben wir namentlich die am 24. Febr. 1854 erlassene zu erwähnen, nach welcher „in einer ausser der zum Religionsunterrichte bestimmten Zeit festzusetzenden Stunde wöchentlich, vielleicht am Montagsmorgen, der ganze Cötus versammelt und von dem Religionslehrer eine Bibellection nach einer zuvor mit möglichster Berücksichtigung des Kirchenjahres zu treffenden Auswahl gehalten, übrigens aber im Religionsunterrichte selbst und auf sonst thunliche Weise die Schüler nicht nur mit der heiligen Schrift, sondern auch mit dem hauptsächlichsten Inhalte der symbolischen Bücher und insbesondere des Augsburgischen Glaubensbekenntnisses bekannt gemacht und in das Verständniss desselben eingeführt werden sollen." Es ist diese Verordnung dem Rector erst am 28. März mitgetheilt worden, so dass er sich noch ausser Stande sieht über die Art und Weise zu berichten, wie dieselbe an unsrer Anstalt, wo die grosse Schülerzahl und die beschränkte Räumlichkeit nicht unbedeutende Schwierigkeiten verursachen, zur Ausführung gebracht werden wird. Dieselbe Verordnung „macht darauf aufmerksam, dass jetzt den Studierenden der Theologie auf der Universität Leipzig die Theilnahme an den Uebungen im liturgischen Gesange zur Pflicht gemacht und auf ihre darin erlangte Befähigung in dem Examen pro candidatura et licentia concionandi besondere Rücksicht genommen, auch in der Untercensurtabelle ein Urtheil darüber beigefügt wird." Da es nun in der Natur der Sache liege, dass diese Uebungen nur dann recht fruchtbringend werden können, wenn die Studierenden bereits einige Vorübung im Gesang erlangt haben, so sei insonderheit allen Schülern, welche dem Studium der Theologie

sich widmen wollen, die Theilnahme an den bei der Schule bestehenden Gesangübungen zur Pflicht zu machen.

Durch Verordnung des Stadtrathes vom 23. März 1853 wurde das Schulgeld auf die nachher mitzutheilenden Sätze erhöht. — Eine andere Verordnung des Stadtrathes vom 27. März 1853 traf Bestimmungen über das Verhältniss der Cassen des Gymnasiums und des Alumneums.

Mit wahrem Dank gegen den Patron der Anstalt berichten wir, dass im Laufe des vorigen Sommers durch gütige Vermittlung unsers weltlichen Inspectors, des Hrn. Stadtraths Gehe, das Alumneum dadurch eine wesentliche Verbesserung in Hinsicht auf Sauberkeit und Ordnung erfahren hat, dass für die Schlafsäle desselben Bettstellen, für die Zellen zweckmässig eingerichtete Schränke zu Aufbewahrung der Bücher, Kleider etc. der Alumnen, die nun dergleichen Mobilien nicht mehr mitzubringen haben, sowie neue Tische und Stühle angeschafft worden sind. — Dagegen harren wir noch immer vergeblich auf eine nur einigermassen sichere Aussicht auf die Erbauung eines neuen Gymnasialgebäudes und müssen denn wohl darauf gefasst sein, noch eine Zeitlang die leidigen Uebelstände, welche die Beschaffenheit und Lage unsers alten Schulhauses mit sich bringt, zu ertragen, so lästig und nachtheilig sie auch für Lehrer und Schüler sind. Doch haben wir wenigstens die Freude gehabt, auf der vorjährigen Kunstausstellung den Grundriss und die Zeichnung einer neuen Kreuzschule, schöner und stattlicher als wir je zu hoffen wagten, zu sehen; sie waren von dem hiesigen Hrn. Architekt Giese, Schüler des Hrn. Prof. Nicolai, gefertigt und von dem academischen Rath des ersten Preises würdig erachtet worden. Auch von dem Architekt Hrn. H. Peschel in München haben wir einen Plan zu einer neuen Kreuzschule zu erwarten. Es ist wohl nicht zu abergläubisch, jedenfalls ist es tröstlich, wenn man in solchen Dingen gute Vorbedeutungen zu sehen sich endlich entschliesst.

Dem hiesigen Verein für das Leben haben wir für die Freundlichkeit, mit welcher derselbe mehrern obern Schülern den Zutritt zu seinen wissenschaftlichen Winterunterhaltungen gestattete, den besten Dank zu sagen.

Die Schülercommunion, an welcher die Lehrer und die confirmirten Schüler der Anstalt regelmässig theilnehmen und an welcher die Theilnahme jedem confirmirten Externen gestattet ist, fand am 13. Juli statt; Herr Diac. Böttger hielt die Beichtrede.

Allgemeine Andachtsübungen fanden am 5. April beim Beginn des Schuljahres, am 15. Aug. nach den Sommerferien, am 4. Oct. nach den Michaelisferien, und am 9. Jan. nach den Weihnachtsferien statt. Die religiösen Vorträge hielten die beiden Religionslehrer Hr. Dr. Götz („Welches sind die ersten Erfordernisse für uns, dass wir unsern Lebenszweck nicht verfehlen?"; „Was haben wir dem Geiste eines edeln Familienlebens zu verdanken?"; „Worin liegen die Bürgschaften dafür, dass wir im Guten immer vorwärts schreiten?") und Hr. Gymnasiallehrer Albani („Wer seine Schulzeit nicht benutzt, so gut er kann, der macht sich selber zum Verräther."). Der letztere hat die von ihm bei solchen Gelegenheiten gehaltenen Ansprachen in einem Werkchen veröffentlicht, das den Titel führt: „Ora et labora! Wegweiser für Gymnasiasten in Ansprachen von A. R. Albani. Dresden, Blochmann jun. 1854" und dessen „etwaiger Ertrag für einen künftigen Neubau der Kreuzschule bestimmt ist."

Im Lateinischen werden in dem neuen Schuljahre gelesen: in I. Ciceros Tusculanae disputationes (Ausgabe von Tischer, Lpzg. Weidmann), dann Tacitus Annales (Ausg. v. Nipperdei, Lpzg. Weidmann, oder von Halm, Lpzg. Teubner). Virgils Georgica (Schulausg. von Wagner, Lpzg. Hahn, oder von Ladewig, Lpzg. Weidmann), dann ausgewählte Satiren und Episteln des Horatius (empfohlen die von Haupt besorgte Ausgabe des Horatius, Lpzg. Weidmann); in II. Livius (empfohlen die Ausg. von Weissenborn, Lpzg. Teubner), ausgewählte Elegien des Tibullus (empf. die Ausg. von Lachmann) und Oden des Horatius (s. bei I.); in III. Ciceros oratio p. Roscio Amerino, dann dess. oratio p. Sestio (empf. die Ausg. von Halm, Lpzg. Weidmann), Virgils Aeneis (s. bei II.); in IV. Curtius (die kleinere Ausg. von Zumpt, Braunschw. Vieweg, oder die Ausg. von Foss, Lpzg. Teubner), dann Ciceros Cato major (Ausg. von Sommerbrodt, Lpzg. Weidmann), Ovidius Metamorphosen (Ausg. v. Merkel, Lpzg. Teubner, oder von Haupt, Lpzg. Weidmann); in V. und VI. Julius Caesar bellum Gallicum (Schulausg. von Nipperdei, Lpzg. Breitkopf u. Härtel, oder die Ausg. von Kraner, Lpzg. Weidmann) und Rankes poet. Chrestomatie.

Im Griechischen in I. Demosthenes oratt. Philippicae (Ausg. von Franke, Lpzg. Einhorn, oder von Westermann, Lpzg. Weidmann), dann Platons Apologie und Criton (Ausg. v. Hermann, Lpzg. Teubner); Euripides Hecuba, dann Sophocles Electra (Ausg. v. Schneidewin, Lpz. Weidmann); in II. Herodotus und Homers Ilias (empf. die Ausg. von Fäsi, Lpzg. Weidmann); in III. Plutarchs Themistocles u. Agis u. Cleomenes (Ausg. von Sintenis, Lpzg. Weidmann), Homers Ilias (s. bei II.); in IV. Xenophons Anabasis (Ausg. von Hertlein, Lpzg. Weidmann, oder von Krüger) und Homers Odyssee (empf. die Ausg. von Fäsi, Lpzg. Weidmann); in V. Homers Odyssee (s. bei IV.) und Jacobs Lesebuch, 1. Th. (neue Ausg. von Classen).

Im Hebräischen in I. und II. ausgewählte Stücke aus der Genesis und den Psalmen.

Im Deutschen in I. Goethes Tasso und Lessings Nathan; in II. Goethes Iphigenia und Schillers Wallenstein; in III. Goethes Hermann und Dorothea und Schillers Gedichte; in IV. Goethes Götz von Berlichingen und Schillers Jungfrau von Orleans; in V. Balladen und Romanzen von Schiller, Uhland u. A.

Im Französischen in I. Racine Phèdre und Molière Tartuffe; in II. Mignet hist. de la révol. franç.; in III. Montesquieu sur les causes de la grandeur et de la décadence des Romains; in IV. Ségur hist. de Napoléon.

Im Englischen wird Hr. Henry Hughes auch im neuen Schuljahr Privatunterricht ertheilen, wenn sich eine hinreichende Zahl von Schülern findet, die sich zu dem regelmässigen Besuche der Stunden und zu der Zahlung des Honorars für die Dauer wenigstens eines Halbjahres verpflichtet.

Lehrbücher für Abth. V—IX. Hiecke, deutsches Lesebuch für die mittl. und unt. Classen, Echtermeyers Gedichtsammlung; für VII—IX. Götzinger, deutsche Sprachlehre für Schulen; für I—VI. Billroth, lat. Grammatik, herausg. von Ellendt; für VII—IX. Ellendt, lat. Grammatik für d. unt. Cl.; für IV—VII. Ahn, französ. Sprachlehre für Gymnasien; für VI—IX. Dielitz, Grundriss der Weltgeschichte für Gymnasien u. Realschulen; Voigt, Leitfaden der Geographie; für I. Helbig, Grundriss der Gesch. der poet. Liter. der Deutschen. Als Schulatlas wird besonders empfohlen der von Sydow herausgegebene, und für den geschichtlichen Unterricht in V. u. IV. Kieperts Atlas der alten Welt. Für I—IV. ist nöthig Heis, Sammlung von Beispielen für die allgemeine Arithmetik und Algebra; für I. und II. Müllers vierstellige Logarithmen. — Als Wörterbücher für den Schulgebrauch empfehlen wir besonders das griechisch-deutsche von Jacobitz und Seiler, das deutsch-griechische von Rost, das lateinisch-deutsche von Georges oder das von Freund, das deutsch-lateinische von Georges und das französisch-deutsche und deutsch-französische von Schmidt.

